

communiter Sanchez¹; et Salmant.² cum Bonacina, Gutierrez, Veracruz, Dicastillo, Gabriele, etc. Quia concilium tantum de viro raptore mentionem facit. — Nec etiam incurritur, si fiat raptus, consentiente femina, licet ejus parentes vel tutores repugnent. Quod Busenbaum probabile putat; et est commune cum Sanchez³, Palao⁴, Concina⁵ et Holzmann⁶; ac Salmant.⁷ cum Coninck, Aversa, Perez, Dicastillo^{d)}, etc. Quia aliter, licet incurran- tur quidem poenae raptoribus impositae, non contrahitur tamen impedimentum: quod concilium indixit tantum favore mulierum, ne coactae nubant.

Nota hic quod ex Tridentino (ut supra), ultra impedimentum, raptor et omnes auxiliium ad hoc praebentes, incurrun- t communicationem ipso jure. — Alias vero poenas ibi indictas, ut dotationis mulie- ris^{e)}, infamiae, incapacitatis ad dignitates et amissionis gradus, non nisi post sententiam incurrun- t; ut Sanchez⁸; et Salmant.⁹ cum Palao, Dicastillo et Perez.

Quaeritur 1°. *An in hujusmodi casu etiam sponsalia sint nulla, sicut matrimo- nium?*

¹ Lib. 7, disp. 13, n. 16. — ² Tr. 9, cap. 12, n. 155. — *Bonac.*, qu. 4, punct. 18, n. 7. — *Gutier.*, de Matr., cap. 86, num. 23. — *Veracr.*, Specul., Append. de imp. raptus, v. *Respondetur quod.* — *Dicast.*, disp. 7, dub. 58, n. 672. — *Gabr. a S. Vinc.*, disp. 6, qu. 16, n. 167. — ³ Loc. cit. n. 13. — ⁴ Tr. 28, disp. 4, punct. 2, § 2, n. 12. — ⁵ Diss. 3, cap. 2, § 11, n. 3. — ⁶ De Matr., n. 638. v. *Dicitur 1.* — ⁷ Tr. 9, cap. 12, n. 151. — *Coninck*, disp. 31, dub. 4, i. f. — *Aversa*, qu. 12, sect. 3, v. *Ad incurrendum.* — *Perez*, disp. 38, sect. 4, n. 5. — ⁸ Lib. 7, disp. 13, n. 1. — ⁹ Loc. cit., n. 150. — *Palao*, tr. 28, disp. 4, punct. 2, § 2, n. 10. — *Dicast.*, disp. 7, dub. 58, n. 676, 678 et seq. — *Perez*, disp. 38, sect. 3, n. 3 et 4. — ¹⁰ Loc. cit., n. 17. — ¹¹ Loc. cit.,

^{d)} Dicastillus, *loc. cit.*, n. 662, concordat loquens de femina consentiente, sed *in scitis* parentibus; de *remuentibus* vero parentibus utramque sententiam refert, *num. 664 et n. 665*; quamnam autem ex istis amplectatur non dicit.

^{e)} De dotatione mulieris Sanchez et Perez distinctionem afferunt, ut scilicet requiratur sententia judicis, « quatenus imponitur (sunt verba Sanchezii) per id decretum, et dos arbitrio judicis taxanda venit ». Sed « si ex raptu pullularet raptae damnum, id in foro conscientiae, nulla judicis expectata sententia, instar aliorum damnorum quae injuste inferuntur, resarciendum esse dubitat nemo ».

^{f)} Basilius Pontius, *lib. 7, cap. 69, n. 5 et 6*, id non habet, quidquid dicant Salmant.

Affirmant Sanchez¹⁰; et Salmant.¹¹ cum Bonacina, Basilio^{f)}, Aversa, Dicastillo, etc. Quia (ut dicunt) sponsalia etiam libertatem expetunt sicut matrimonia: lex autem poenalis rite extenditur ubi eadem militat ratio. — Sed probabilius contradicunt La- croix¹²; Holzmann¹³ cum Perez, Pichler, Wiestner, Krimer et aliis. Ratio, quia spon- salia minorem libertatem requirunt quam matrimonium, eo quod ipsa semper reman- ent rescindibilia: ergo non currit in eis eadem ratio quae currit in matrimonio, quod nunquam rescindi potest.

1108. — Quaeritur 2°. *An, si quis rapiat feminam quam jam desponsaverat de futuro poenas concilii incurrat?*

Negant Lessius et Henriquez, apud Salmant.¹⁴, qui probabilem putant, *ex cap. penult. de raptor.*, ubi: *Cum ibi raptus dicitur admitti, ubi nihil ante de nuptiis agitur.* — Ex quo refert Henriquez^{a)} apud Sanchez¹⁵, validum esse matrimonium, sive volens sive nolens sponsa abducatur.

Affirmant verius tamen Sanchez¹⁶, Palaus¹⁷, Concina¹⁸; Escobar¹⁹ cum Sa^{b)}, Hurtado, Manuele^{b)}, Cornejo, Candido^{c)} et Leandro; ac Salmant.²⁰ cum Aversa,

n. 154. — *Bonac.*, qu. 4, punct. 18, n. 10, v. f. — *Aversa*, qu. 12, sect. 3, v. *Dirimitque.* — *Dicast.*, loc. cit., n. 682. — ¹² Lib. 6, part. 3, n. 54. — ¹³ De Matr., n. 271. — *Perez*, disp. 38, sect. 4, n. 8. — *Pichler*, lib. 4, tit. 1, n. 122. — *Wiestner*, Instit. canon., lib. 5, tit. 17, art. 1, n. 15. — *Kri- mer*, in 4 decretal., qu. 1, n. 129 et seqq. — *Lessius*, lib. 4, cap. 3, n. 70, v. f. — *Henriq.*, lib. 12, cap. 14, n. 4 et 5. — ¹⁴ Tr. 9, cap. 12, n. 153. — ¹⁵ Lib. 7, disp. 13, n. 15. — ¹⁶ Loc. cit. — ¹⁷ Tr. 28, disp. 4, punct. 2, § 2, num. 14. — ¹⁸ Dissert. 3, cap. 2, § 11, n. 4. — ¹⁹ Lib. 27, n. 585 et 586. — *Gasp. Hurtad.*, disp. 23, diff. 3, n. 13. — *Cornejo*, disp. 7, dub. 38, qu. 4: — *Leand.*, disp. 22, qu. 4. — ²⁰ Tr. 9, cap. 12, n. 153. — *Aversa*, qu. 12, sect. 3, v. *Ad incurrendum.*

^{a)} Henriquez id plane innuit, *loc. cit.*, n. 5, quamvis de sola dotandi obliga- tione loquatur; eadem enim est ratio de ceteris poenis Tridentini, et ipse Henriquez dicit: « Hic non censetur raptor ».

^{b)} Sa, v. *Matrimonium, n. 9*, satis insi- nuat hanc opinionem, negando scilicet esse impedimentum, « si ... de nuptiis tractaverat, et consentiens abducitur, ut ducatur ». Ergo secus esse videtur si abducatur renuens. — Manuel Rodriguez, *Sum., part. 1, cap. 230, num. 4*, a contrario idem significat, dicendo valere matrimonium in provinciis in quibus Tridentinum non fuit receptum.

^{c)} Candidus, *disquis. 28, art. 14, dub. 2*, v. *Dico 6º*, non loquitur de hoc casu et male citatur ab Escobar, ex Leandro tamen.

Probabi- lius raptus non dirimit sponsalia.

Si quis rapiat suam sponsam, juxta quos- dam non incurrit poe- nas.

Verius incurrit.

Quomodo revalidan- dum si fuit nullum ob defectum consensus.

Dicastillo et Gutierrez^{d)}. Id enim clare exprimitur in eodem textu mox citato, ubi, post verba relata, statim subditur: *Iste raptor dici non debet, cum habuerit mulieris assensum; et prius eam desponsaverit quam cognoverit, licet parentes reclamarent.*

Unde recte ex eo concludit Sanchez nullum esse matrimonium, si femina in- vita abducatur; secus, si volens, etsi invi- tis parentibus: et in principio textus non ideo dicitur raptus non intercedere, quia sponsalia praecesserint, sed quia mulier consentiens rapta fuit.

DUBIUM III.

Quomodo Matrimonium invalidum sit revalidandum.

1109. *Quomodo revalidandum matrimonium, si fuit nullum ob consensum fictum vel metu extortum. Quomodo, si ob impedimentum occultum.* — 1110. *Qu. 1. An in matrimonio nullo ob impedimentum occultum revalidando, iterum requiratur assistentia parocho et testium.* — 1111. *Qu. 2. Quomodo et quando impedimentum censeatur occultum.* — 1112. *Qu. 3. An sit revalidandum matrimonium coram paroco et testibus, si ipsi tempore matrimonii contracti erant conscii impedimenti.* — 1113. *Qu. 4. An, qui fide contraxit matrimonium teneatur ex justitia illud revalidare per verum consensum.* — 1114. *Qu. 5. An, si quis fide vel ex metu contraxit, debeat alterum conjugem certiorare de matrimonii nullitate.* — 1115. *Qu. 6. An, si matrimonium fuit nullum ob aliquod impedimentum, oporteat ut uterque fiat conscius de nullitate.* — 1116. *Quid in casu urgentis necessitatis.* — 1117. *Quotuplici modo possit renovari sive exigi consensus a parte inscia impedimenti.*

1109. — « Resp. I°. Si fuit invalidum pro- pter consensum fictum vel metu extor- tum, sive ex una sive ex utraque parte, potest revalidari per quodcumque si- gnum veri et novi consensus; quia, si altera tantum pars fide contraxit, con- sensus unius partis habitualiter perman- sit: ergo accedente alterius consensu revalidatur. — Sanchez¹, Coninck², Na- varrus, Filiucci, Bonacina, etc.

« Unde resolves: « 1°. Si metus vel defectus consensus fuerit alterius tantum partis, curandum est ut ea saltem novum et liberum con- sensum eliciat, et externis signis prodatur. Alteri autem parti non opus est decla- rari, praestari novum consensum ad va- lorem matrimonii. — Sanchez^{a)}, Coninck, Bonacina^{a)}. Vide Macratium³.

« 2°. Si uterque fide vel coacte consen- serit, necesse est ut uterque consensum renovet et verbis exprimat. Quia, cum

Dicast., disp. 7, dub. 58, n. 675. — *Sanct.*, lib. 7, disp. 13, num. 15. — ¹ Lib. 2, disp. 32, num. 9. — ² Disp. 24, dub. 10, a num. 89. — *Navar.*, Man. cap. 22, num. 51, i. f. — *Fili.*, tr. 10, part. 1, cap. 3, num. 84 et 85. — *Bonac.*,

^{d)} Gutierrez, *cap. 86, n. 22*, licet alle- getur a Salmant. non hoc dicit, saltem expli- cite. Refert enim tantum opinionem Sanchezii juxta quam incurrun- tur poenae si sponsa no-

« utriusque consensus plane nullus fuerit, aequae necesse est renovare et declarare ac si factum nunquam fuisset. — Macra- tius⁴.

« Resp. II°. Si invalidum fuit propter impedimentum consanguinitatis, v. gr., vel aliud simile occultum dirimens: tunc, eo per dispensationem vel aliter sublato, atque ita personis ad contrahendum habilitatis, requiritur novus utriusque con- sensus, signo externo expressus; et qui- dem, ut probabilius docet Sanchez⁵, ab- solutus et independens ab antiquo. — Ratio, quia neutrius consensus antiquus fuit legitimus, cum non caderet in legi- timam materiam.

« Unde resolves: « Si in tali casu altera pars sit ignara impedimenti vel dubitetur an sciat: illa suaviter inducenda est ad novum con- sensum absolute praestandum, dicendo, « v. gr. *Si mihi non nupsisses, nonne*

qu. 2, punct. 9, n. 1, 3 et 4. — *Coninck*, loc. cit., n. 87 et 98. — ³ De Matr., disp. 7, sect. 15, v. *Dicendum 2º* — ⁴ Loc. cit., v. *Quartum dubium.* — ⁵ Lib. 2, disp. 36, num. 5.

lens rapitur, neque de hac opinione iudicium profert.

1109. — ^{a)} Sanchez *loc. cit.*, n. 10 et 11; et Bonacina, *loc. cit.*, n. 2, concordant utique,

Quomodo si ob impe- dimentum occultum.

« modo nuberes? vel: *Angor scrupulis* « de matrimonii nostri valore, ideoque re- « novemus consensum. Quod si fiat, suffi- « cere (praesertim si sequatur affectu ma- « ritali copula) docet Quintanadvenas ¹. — « Si autem periculum sit ne pars illa im- « pedimentum ignorans detrectet, et scan- « dala gravesque molestiae timeantur: « licebit uti sententia contraria, quae do- « cet sufficere ut sola pars impedimenti « conscia consensus renovet et alteri de- « claret ^{b)}. Sanchez ², Lessius ³, Coninck ⁴ « et Filiuccius ⁵, etc., Diana ⁶.

« Resp. III^o. Ut matrimonium invali- « dum, quod coram testibus et parochio « est celebratum, revalidetur, non opus « est denuo coram parochio et testibus « iniri, si impedimentum sit occultum; « secus, si sit notum. Quia prius matrimo- « nium praesumptione Ecclesiae censetur « validum, non autem posterius. — Na- « varrus, Sanchez ⁷, Coninck ⁸, Reginal- « dus ⁹, Filiuccius ¹⁰ ».

1110. - Hic praenotandum id quod dixi- « mus Lib. I, n. 50, nimirum communem esse doctorum sententiam, quod, cum agi- « tur de matrimonio revalidando, propter bonum animarum praesumitur Ecclesia in impedimento (si forte adsit) dispensare, semper ac adest de illius valore vera probabilitas.

Unde, ubi dubitatur inter doctores de valore alicujus matrimonii, bene potest haberi illud ut validum, si vere probabile sit de jure validum esse. — Modo dubium vertat circa impedimentum ab Ecclesia appositum; nam in impedimentis

de jure naturali non potest Ecclesia dispensare.

Quaeritur 1^o. *An, ad revalidandum matrimonium nullum ob occultum impedimentum, sed in facie Ecclesiae jam celebratum, sit iterum revalidandum coram parochio et testibus?*

Prima sententia affirmat; et hanc tenent Comitulus ¹¹, Concina ¹²; et Pontius ¹³ cum Palacios, Gutierrez et aliis paucis. — Ratio, quia assistentia parochi et testium assignatur a Tridentino ut forma, sive ut substantiale requisitum matrimonii. Forma autem contractus tum adhibenda est, cum contractus celebratur: si igitur primum matrimonium fuit nullum, ergo quando denuo et revera contrahitur, debet forma adhiberi.

Secunda vero sententia probabilior et communis, negat. Ratio, quia concilium, praescribendo parochi praesentiam et testium ad valorem matrimonii, merito praesumitur noluisse hunc casum comprehendere; concilium enim per illam praesentiam tantum voluit occurrere peccatis quae consurgebant ex nuptiis clam celebratis. Sed in nostro casu matrimonium jam publice est contractum; et ideo sufficit novum tantum ponere consensum. — Ita Navarrus ¹⁴, Natalis Alexander ¹⁵, Fagnanus ¹⁶, Habert ¹⁷, Contin. Tournely ¹⁸, Anacletus ¹⁹, Cardenas ²⁰, Sporer ²¹, Roncaglia ²², Bossius ²³, Viva ²⁴, Holzmann ²⁵, Auctor *Istruz. per li novelli Confess.* ²⁶; Sanchez ²⁷ cum Vega, Lopez, Manuele, Henriquez, Philiarcho, Rodriguez, etc.; Elbel ²⁸ cum Bosco, Corduba ^{a)}, Herincx,

resp. 2. — ¹⁹ Tr. 14, dist. 14, n. 172. — ²⁰ In propos. 1, diss. 2, n. 665. — ²¹ Part. 4, cap. 2, n. 464. — ²² Tr. 21, qu. 5, cap. 3, qu. 4. — ²³ De Matr. Contr., cap. 2, n. 6 et seqq. et n. 16. — ²⁴ De Matr., qu. 4, art. 3, n. 8. — ²⁵ De Matr., n. 699. — ²⁶ Part. 2, cap. 15, num. 326. — ²⁷ Lib. 2, disp. 37, num. 3. — Vega, Sum. silva, lib. 6, cas. 93, i. f. et cas. 143. — Ludov. Lopes, Instruct. nov. part. 2, de Matr., cap. 40, v. *Deinde nunc*; et cap. 37, v. *Porro quoniam*. — Manuel Rodriguez, in bull. Cruciat, § 13, n. 6; et Sum., part. 1, cap. 217 (al. 218), n. 2. — *Henriq.*, lib. 11, cap. 3, n. 6, lit. 1; et cap. 12, n. 3, lit. i. — *Philiarch.*, part. 2, lib. 2, cap. 13. — ²⁸ De Matr., n. 345. — *Bosco*, de Matr., disp. 12, sect. 14, n. 111 et seqq. — *Herincx*, disp. 5, n. 30.

Aliqui dicunt matrimonium nullum ob occultum impedimentum esse publice revalidandum.

Probabilis et communiter negatur.

1^o Ob intentionem Tridentini.

¹ Append. tr. 7, dub. ult., n. 5. — ² Lib. 2, disp. 36, a n. 8; et lib. 3, disp. 34, n. 61. — ³ Lib. 2, cap. 17, n. 77. — ⁴ Disp. 24, n. 88. — ⁵ Tr. 10, part. 1, cap. 3, n. 92. — ⁶ Part. 4, tr. 4, resol. 49. — *Navar.*, Man., cap. 22, n. 70. — ⁷ Lib. 2, disp. 37, n. 3 et 11. — ⁸ Loc. cit., n. 83 et seq. — ⁹ Lib. 31, n. 183. — ¹⁰ Tr. 10, part. 1, cap. 3, n. 98 et seq. — ¹¹ Respons. mor., lib. 1, qu. 120, n. 2 et 3. — ¹² Diss. 4, cap. 7, a n. 14. — ¹³ Lib. 5, cap. 6, n. 6. — *Mich. de Palacios*, in 4, dist. 27, disp. 1, v. *Atvero*. — *Gutier.*, Canon. Quaest., lib. 1, cap. 18, n. 7 et 8. — ¹⁴ Man., cap. 22, num. 70. — ¹⁵ De Matr., cap. 4, art. 13, reg. 17. — ¹⁶ In cap. Is qui fidem, de sponsal., n. 14. — ¹⁷ De Matr., cap. 4, i. f. — ¹⁸ De Dispensat. in specie, part. 1, cap. 12, qu. 2,

sed dicunt satis esse interne consentire, quando unus tantum defecit.

^{b)} Auctores citati videntur requirere ut uterque consensus renovet, sed caute, scilicet

ne detegatur impedimentum a parte ejusdem conscia.

1110. - ^{a)} Corduba, *Sum.*, qu. 51, id concedit in solo casu quo aliter absque scandalo

Illsung, etc.; et Salmant. ¹ cum Soto ^{b)}, Cajetano ^{c)}, Bonacina, Coninck et Palao. — Item noster Summus Pontifex Benedictus XIV ² cum Pontas, Van-Espen et communi, ut testatur.

Et sic statuit atque in praxi constanter deduxit S. Poenitentiarum, ex oraculo S. Pii V, qui, praecise ab illa rogatus de hac re, declaravit non esse necessarios parochum et testes, dum rursus contrahitur matrimonium ab iis qui illud publice contraxerunt, si illud fuerit nullum ob occultum impedimentum, ut testantur Cardenas ³ et fere omnes auctores citati, cum eodem Pontifice Benedicto, ex Navarro, qui officialis fuit praedicti Tribunalis. — Et ideo, quando agitur de matrimonio contrahendo cum impedimento occulto, S. Poenitentiarum in dispensando hac utitur formula: *Cum eodem latore, quod matrimonium cum dicta muliere, et uterque inter se publice servata forma concilii Tridentini, contrahere possit, misericorditer dispenses*. Quando vero agitur de matrimonio jam publice contracto in facie Ecclesiae, utitur his verbis: *Cum eodem latore, ut, dicta muliere de nullitate prioris consensus certiorata (sed id caute, ut latoris delictum nusquam detegatur), matrimonium cum eadem, et uterque inter se de novo-secrete ad evitanda scandala, contrahere valeat, dispenses*. — Unde observa quod in primo casu, quia necessaria est praesentia parochi, dicitur *servata forma concilii*. In secundo vero dicitur *secrete ad evitanda scandala*, id est, ut patet, sine parochio et testibus.

Et sic etiam pluries declaravit S. C. Concilii; ut refert idem Benedictus ⁴. — Qui addit, olim Rotam Romanam de hoc aliquando dubitasse; sed postquam fuit admo-

Illsung, tr. 6, disp. 9, num. 119. — ¹ Tr. 9, cap. 3, n. 128 et 129. — *Bonac.*, qu. 2, punct. 9, num. 4 et 10. — *Coninck*, disp. 24, n. 83. — *Palao*, tr. 28, disp. 3, punct. 7, § 3, n. 2. — ² Notif. 87, n. 62. — *Pontas*, v. *Matrimonium IV*, cas. 4 et 5. — *Van-Espen*, part. 2, tit. 14, cap. 7, n. 10. — ³ In prop. 1, diss. 2, n. 668. — *Bened. XIV*, loc. cit., n. 68. — *Navar.*, Consil. 14 de sponsal., n. 14, al. 15. —

nita a Praefecto ipsius S. Congregationis, quod ejus declarationes innixae erant stylo S. Poenitentiarum et S. Pii V oraculo, deinceps ipsam Rotam in pluribus decisionibus constanter hanc sententiam secutam fuisse.

Objicit Pontius ⁵ oraculum Clementis VIII quod in extensum refert ⁶. Ubi narrat quod, cum quaedam mulier ex metu cuidam nupsisset, per Stephanum Tucium, ad petitionem Pauli Comitoli consultus fuit Clemens VIII: qui respondit necessarium esse consensum utriusque coram parochio et testibus, admonito prius marito de matrimonii nullitate; sed, ad evitandum scandalum, se dispensare ut secreto inter se contrahant renovato consensu. — Sed auctores nostrae sententiae, et praesertim Salmant., Roncaglia, Sporer, Holzmann, Bossius et Elbel, multipliciter respondent. Et 1^o. Quod illud impedimentum, licet occultum, cum tamen ortum habuerit ex metu incusso, erat obnoxium periculo publicationis aut deductionis ad forum. 2^o. Quod Pontifex vel respondit tamquam Doctor privatus, vel sententiam tutiorem est secutus. 3^o. Quod de praefato oraculo non satis constat, prout constat de oraculo S. Pii V, quod apparet comprobatum tot declarationibus S. Congregationis, decisionibus Rotae Romanae et praxi constanti S. Poenitentiarum.

Ad rationem autem oppositae sententiae respondetur quod concilium vult assistentiam parochi et testium ad probandam validitatem matrimonii secundum externam apparentiam. Cum autem matrimonium prius contractum jam externe reputatur validum, cessat ratio cur praedicta assistentia denuo requiratur.

1111. - Quaeritur 2^o. Quomodo et quando impedimentum intelligatur esse *occultum*,

⁴ Notif. 87, n. 63. — *Rota Rom.*, decis. 900 coram Seraphino; decis. 395 coram Ludovisio, num. 1. — ⁵ Lib. 5, cap. 6, n. 6. — ⁶ Lib. 4, cap. 24, n. 4. — *Salmant.*, tr. 9, cap. 3, n. 130. — *Roncaglia*, qu. 5, cap. 3, quaest. 3, v. f. — *Sporer*, part. 4, cap. 2, n. 448. — *Holzmann*, de Matr., n. 699, v. *Dices 5*. — *Bossius*, de Matr. Contr., cap. 2, n. 18 et 46. — *Elbel*, de Matr., n. 345 i. f., et 346.

vel infamia revalidari nequeat, et unus saltem contrahentium ignarus erat impedimenti.

^{b)} Sotus, in 4, dist. 28, qu. un., art. 2, concl. 3, requirit dispensationem episcopi; sed si episcopus adiri nequeat, vel injuste

dispensationem denegat, dicit posse *citra culpam*, absque parochio et testibus revalidari.

^{c)} Cajetanus, *Opusc.*, tom. 1, tr. 12, qu. 2, id concedit, loquens de licetate.

An denuo coram testibus et parochio.

In dubio juris de valore matrimonii Ecclesia supplet.

5^o Ob decisiones Rotae.

Objectio.

Tripliciter satisfit objectioni.

Respondetur ad rationem adversariorum.

cum in litteris S. Poenitentiarie dicitur: *Dummodo impedimentum occultum sit?*

Navarrus¹, loquendo de *censuris*, cum Glossa in can. *Quis aliquando, de Poenit., dist. 1, § Non sunt haec, v. Secreta*, dicit esse *occultum*, quando factum fuit in praesentia quinque personarum; quia (ut ait Navarrus) *non est de occultis essentia quod suapte natura non sit probabile, qualia sunt sola mentalia*. Unde concludit quod, ut aliquod crimen dicatur occultum, sufficit non esse publicum majori parti oppidi, viciniae vel collegii, ubi saltem immorentur decem personae. Et idem sentiunt Suarez^{a)}, Azor^{a)}, Toletus², Molina^{a)}. (Vide dicta n. 593, v. *Notandum 3*). — Bene tamen advertit Fagnanus³ hanc doctrinam, scilicet quod factum sit notum majori parti parochiae, intelligendam esse cum grano salis; nam si in parochia essent mille personae, perperam diceretur *occultum* factum illud quod sciunt quadringenti vel quingenti.

In nostro autem casu, dicit Sanchez⁴ cum Henriquez^{b)} et Manuele^{b)}, quod si impedimentum possit per duos testes probari, illud amplius non potest dici occultum.

¹ Man., cap. 27, n. 255. — ² Lib. 1, cap. 89, n. 5, cum cap. 74, n. 2. — ³ In cap. *Vestra*, de cohabit. clericor., n. 116 et 117. — ⁴ Lib. 2, disp. 37, n. 11. — *Laym.*, lib. 5, tr. 10, part. 4, cap. 14, n. 4. — *Rebell.*, part. 2, lib. 2, qu. 9,

III. — ^{a)} Suarez, *De Censur.*, disp. 41, sect. 2, n. 6, v. *Alia regula*; Azor, *part. 1, lib. 8, cap. 10, qu. 9*; Molina, *de Just. et Jure*, tr. 4, disp. 32, num. 8, dicunt occultum accipi prout a publico et notorio distinguitur.

^{b)} Henriquez, *lib. 14, cap. 20, num. 4*; Manuel Rodriguez, in *bull. Cruciat.*, § 9, n. 127, i. f., citantur a Sanchez pro opinione contraria, et in aliis materiis. Et revera: « Occultum, inquit Henriquez, dicitur non tantum quod est per se occultum, sed quod licet de se probabile sit per testes, non est publicum, notorium vel famosum ». Idemque dicit Rodriguez.

^{c)} Sporer, *part. 4, cap. 2, n. 462*, potius adhaeret sententiae Sanchezii, dicens: « Si periculum sit ne in foro externo vel in facie Ecclesiae impedimentum aliquando innotescat, vel saltem duobus testibus probari possit, debere consensum renovari ad matrimonium de novo renovandum coram parochio et testibus ». — Idemque tenet Hurtadus, *disp. 3, diff. 11, n. 43*, quamvis a Croix pro se citetur.

tum, etiamsi non sit periculum quod ad forum deferatur. Quia tunc sequerentur eadem inconvenientia quae olim sequebantur ex matrimonio clandestino; nam, probato impedimento, post contractum matrimonium posset alter conjux alias nuptias inire. — Sed melius et communissime dicunt alii, ut Sporer^{c)} cum communi, et Croix^{d)} cum Laymann, Hurtado^{e)} et Rebello, id tantum procedere quando prudens adest periculum quod res sit deferenda ad forum externum. Et idem Sanchez videtur se retractasse⁵, dum, explicando ex Navarro⁶ praefatam clausulam S. Poenitentiarie: *Dummodo impedimentum occultum sit*, dicit cum Lopez^{e)} et Manuele, illud dici occultum quod non est publicum majori parti parochiae, viciniae vel collegii. — Unde recte concludit noster Summus Pontifex Benedictus XIV⁷ cum Tiburtio Navarro^{f)} et Thesaurio^{f)}, tunc confessario abstinendum esse ab exsequenda dispensatione, quando ex circumstantiis prudenter conjicere potest impedimentum ex occulto posse fieri publicum. Caeterum ait cum eisdem auctoribus et Syro impedimentum per se dici occultum.

n. 6. — ⁵ Lib. 8, disp. 34, n. 55; cfr. lib. 2, disp. 27, n. 11. — ⁶ Man., cap. 27, n. 255. — *Man. Rodrig.*, in bull. *Cruciat.*, § 9, n. 127, i. f. — ⁷ Notif. 87, n. 45, i. f. — *Syrus*, Dilucidatio facult. et Prax. S. Poenit., part. 2, cap. 2, v. *Nono*.

^{d)} Croix, *lib. 6, part. 3, n. 815*, scribit consensum renovandum esse coram parochio et testibus (cum venia poenitentis), « si sit prudens periculum ne impedimentum aliquando innotescat, quamvis esset notum ex sola confessione sacramentali ».

^{e)} Ludov. Lopez, *Instr. nov., part. 2, de Clavib.*, cap. 8, de *Bulla*, v. *Igitur antequam*, haeresim occultam esse ait ex Navarro « quando non est publica per infamiam vel deducta ad iudicium ». — Manuel Rodriguez vero occultum esse ait quod distinguitur a publico.

^{f)} Non directe sed indirecte hoc dicit Tiburtius Navarrus, *Manuduct. ad prax. S. Poenit., Intro.*, cap. 3, ubi dicit occultum esse quod a paucis cognoscitur, « modo... ex circumstantiis non appareat rem quidem nunc occultam, tamen facile publicandam ». — Thesaurus pariter, *de Poen. eccles.*, part. 1, cap. 21, § *Dicendum 1, i. f.*, refert tantum Poenitentiarie dispensationem non concedere, « si ex circumstantiis appareat rem nunc quidem occultam, tamen facile publicandam ».

Praxis Sacrae Poenitentiarie.

Melius alii communiter hoc limitant.

Conclusio pro praxi.

Sufficit impedimentum formaliter occultum.

Affirmant aliqui publice esse revalidandum.

tum si notum sit in oppido sex solis personis, in civitate septem vel octo: modo ab eis non fuerit divulgatum.

Testatur autem Fagnanus¹ S. Poenitentiarie servare hanc praxim: quando crimen est notum tantum quatuor vel quinque personis, dispensat in eo tantum occulto; sed ego scio S. Poenitentiarie dispensasse in impedimento quodam consanguinitatis noto decem circiter personis. Advertit vero idem Fagnanus² hoc intelligi, quando a S. Poenitentiarie dicitur in clausula simpliciter *occultum*; secus, si dicatur *omnino occultum*, ut solet poni in impedimento criminis, quia tunc merito ait non dici occultum crimen quod potest per duos testes probari³⁾.

E converso notat praefatus Benedictus³ cum de Leone, Tiburtio Navarro, Giribaldo et pluribus aliis, quod aliquando posset esse crimen *publicum materialiter*, nempe si publicum sit viciniae; sed *formaliter occultum*, nimirum si ignoretur ab illa copula nasci impedimentum affinitatis^{h)}. Et tunc etiam potest impetrari dispensatio a S. Poenitentiarie.

1112. — Quaeritur 3^o. *An matrimonium sit revalidandum coram parochio et testibus, si ipsi tempore matrimonii contracti conscii fuerint impedimenti?*

Affirmat Sanchez⁴ cum Henriquez, Ledesma et aliis; quia (ut ait) tunc fuerint testes non valoris, sed potius nullitatis

¹ In cap. *Vestra*, de cohabit. cleric., n. 118. — ² Loc. cit., n. 120. — ³ Notif. 87, num. 42. — *Marc. Leone*, Prax. S. Poenit., part. 2, fol. 191, v. *Notandum*. — *Bonac.*, disp. 1, de Legib., qu. 2, punct. 2, n. 7. — *Tib. Navar.*, Manud. ad prax. S. Poenit., Intro., cap. 3, v. *Advertendum debet*. — *Giribald.*, tr. 10, de Matr., cap. 18, num. 111 et 112. — ⁴ Lib. 2, disp. 37, num. 10. — *Henriq.*, lib. 11, cap. 3, n. 7. — *Petr. Ledesm.*, qu. 47, art. 3, diff. ult. — ⁵ Lib. 6, part. 3, n. 815. — *Aversa*, qu. 11, sect. 5, v. *Pro resolutione distinguendum*.

^{g)} Fagnanus dicit omnino occultum intelligi illud « quod nulla ratione probari potest ».

^{h)} Ita profecto refert Benedictus XIV n. 42, cum auctoribus citatis et fatetur esse communioem sententiam; sed num. 48, illam rejicit in sensu hic exposito, et aliam inducit distinctionem: si nempe crimen sit occultum formaliter, id est ratione criminis, sed publicum materialiter, id est ratione facti v. g. si publice constet aliquem alium occidisse, sed publice etiam credatur hoc fecisse ad defensionem propriam, crimen ratione

talis matrimonii. Et idem sentit Croix⁵ cum Aversa et Kugler, etiamsi tantum unus ex testibus impedimentum noverit.

Negant vero Coninck⁶ et Tamburinius⁷; item Gobat^{a)} et alii apud Croix⁸. Quia assistentia parochi et testium fuit praescripta a Tridentino, non tam ad standam validitatem matrimonii, quae multipliciter eis potest esse ignota, quam ad probandam externam matrimonii celebrationem, ut periculo obvietur ne iidem conjuges alias nuptias ineant.

Utraque sententia est probabilis. — Sed secunda videtur probabilior. Concilium enim⁹, requirendo assistentiam parochi et testium, jam causam exprimit, ne quis fraudulenter plura contrahat conjugia; et minime indicat velle amplius ut testes certiorerentur de matrimonii valore: et cur? Quia (ut ajunt Salmant.¹⁰) Ecclesia *neque parochum et testes adducit ad probandum valorem matrimonii, sed celebrationem illius externam*.

1113. — Quaeritur 4^o. *An qui ficte contraxit matrimonium teneatur deinde ex iustitia illud revalidare per verum consensum?*

Affirmant Palaus¹¹, Pontius¹², Concina¹³ et Salmant.¹⁴ cum Soto, Trullench et Aversa. Ratio, quia alter jam tradidit corpus per suum consensum: unde, ut servetur aequalitas, tenetur ficte consentiens etiam per verum consensum corpus suum tradere^{a)}.

⁵ Loc. cit., n. 884, v. *Tertio*. — ⁶ Disp. 24, n. 85. — ⁷ De Matr., tr. 4, cap. 7, § 3, n. 10. — ⁸ Loc. cit., n. 815. — ⁹ Sess. 24, de reform. Matr., cap. 1. — ¹⁰ Tr. 9, cap. 3, n. 129. — ¹¹ Tr. 28, disp. 3, punct. 7, § 1, n. 1 et 2. — ¹² Lib. 2, cap. 5, n. 5. — ¹³ Diss. 4, cap. 7, n. 5. — ¹⁴ Loc. cit., n. 114 et 115. — *Sotus*, in 4. dist. 27, qu. 1, art. 3, v. *Alia praecipua*. — *Trull.*, lib. 7, cap. 5, dub. 4, num. 20. — *Aversa*, qu. 3, sect. 1, v. *Qui autem*.

criminis erit occultum, et publicum ratione facti; et tunc potest impetrari dispensatio a S. Poenitentiarie; minime vero, si publice constet de crimine ut crimine, et solum ignoretur poena juris huic crimini addicta.

1112. — ^{a)} Gobat male citatur a Croix pro hac sententia; Gobat enim non tractat de praesenti casu *tr. 10, n. 415 et seq.*

1113. — ^{a)} Auctores citati (Pontio excepto) hanc suam sententiam limitant: nisi signa dederit ficti consensus, vel nimia sit disparitas conditionis inter utrumque, si timeatur malus exitus.

Negant alii.

Secunda sententia videtur probabilior.

Qui ficte contraxit tenetur revalidare, juxta alios.

Probabilis non tenetur.

Negant vero probabilis Sanchez^{b)} cum Navarro^{c)}, Soto^{c)}, Angles^{c)}, Henriquez^{c)}, Manuele^{c)} et Aragon^{c)}; item Gutierrez^{d)}, Hurtadus et Villalobos^{d)} apud Salmant.¹; et probabile putat Palaus². Ratio, quia, cum contractus matrimonii non possit claudicare, quando unus fecte consentit, nulla adest traditio alterius, et ideo nulla remanet inaequalitas; ille enim qui verum apposuit consensum aequae liber remanet ac si nullum consensum apposuerit.

Exceptio.

Omnes tamen conveniunt teneri fecte consentientem revalidare matrimonium per verum consensum, si aliter reparare non possit damna ex illa deceptione alteri illata.

1114. - Quaeritur 5^o. An, si unus fecte vel ex metu contraxit matrimonium, debeat certiores facere alterum conjugem de

Gasp. Hurtaad., disp. 3, diff. 9, n. 35. - ¹ Tr. 9, cap. 3, n. 113. - ² Tr. 28, disp. 3, punct. 7, § 1, n. 2. - ³ Lib. 4, cap. 25, n. 2; cfr. cap. 24, n. 3. - Palaus, loc. cit., n. 6 et 7. - Gasp. Hurtaad., disp. 3, diff. 9, n. 33 et seq., diff. 10, n. 36 et seq. - ⁴ Tr. 9, cap. 3, n. 117. - ⁵ Lib. 2, cap. 17, n. 72. -

^{b)} Sanchez in praxi parum differt a prima sententia; nam, *lib. 1, disp. 11, n. 5*, dicit de prima sententia: «Moraliter et regulariter est verissima; nam semper sequitur notabile damnum feminae, tum in fama, quare alii nubere non poterit: tum etiam quia non permittitur aliud inire matrimonium». Sed addit: «Ceterum si nullum ex his damnis nec aliud notabile sequeretur, probabiliorum reputo priorem [quae apud S. Alphonsum est secunda] sententiam; his enim seclusis damnis, maxime urgent ejus rationes».

^{c)} Auctores citati hic a Sanchez, adducuntur solum in casu simili ad probationem hujus opinionis, in casu nimirum alicujus fecte emittentis vota religiosa; Navarrus nempe, *de Regul. comm. 4, in cap. Statuimus 19, qu. 3*; Sotus, *de Just. et Jure, lib. 7, qu. 1, art. 2, v. An vero qui tale votum*; Angles, *Flores, qu. de Voto, art. 1, diff. 4, concl. 3*; Henriquez, *lib. 11, cap. 11, n. 3 i. f.*; Man. Rodriguez, *Sum., part. 2, cap. 94, num. 5*; Aragon, *in 2am 2ae, qu. 88, art. 1, Dub. Utrum propositum voluntatis sit necessarium ad votum*. - Nihilominus in casu praesenti Navarrus, *Man., cap. 22, n. 77*; Sotus, *in 4 sent., loc. cit.*; Henriquez, *loc. cit., init.*, tenent primam sententiam, cum limitationibus quas indicavimus in nota a; Rodriguez tamen, *part. 1, cap. 206, n. 7*, absque limitatione eandem opinionem tuetur.

^{d)} Gutierrez et Villalobos male citantur a

matrimonii nullitate, si postea velit illud revalidare?

Prima sententia affirmat; et hanc tenet Pontius³ cum Comitolo^{a)}, item Palaus et Hurtadus, apud Salmant.⁴; ac probabilem putat Lessius^{a)}. - Ratio, quia, cum nullus eo casu fuerit contractus, deficiente consensu metum passi vel fecte consentientis, nullus etiam fuit consensus alterius: consensus autem qui ab initio fuit nullus, tractu temporis convalescere non potest.

Secunda tamen, communis et verior^{b)}, sententia docet sufficere quod tantum fecte consentiens vel metum passus suum ponat consensum. Et hanc tenent Lessius⁵; Navarrus⁶ cum Hostiensi^{c)} et Joanne Andreeae^{c)}; S. Antoninus⁷, Contin. Tournely⁸, Bossius⁹; Roncaglia¹⁰ cum Laymann; Bonacina¹¹; Sanchez¹² cum S. Bonaventura^{d)},

^{a)} Man., cap. 22, n. 80. - ⁷ Part. 3, tit. 1, cap. 7, in med. - ⁸ De Dispensat. in specie, part. 1, cap. 7, v. Circa dubium. - ⁹ De Matr., Contr. cap. 12, n. 383 et cap. 2, n. 38. - ¹⁰ Tr. 21, qu. 5, cap. 3, qu. 3. - Laym., lib. 5, tr. 10, part. 2, cap. 6, n. 1. - ¹¹ Qu. 2, punct. 9, n. 1. - ¹² Lib. 2, disp. 32, n. 9.

Salmant.; licet enim Gutierrez, *de Matrim., cap. 9, num. 5 et seqq.*, neget teneri ratione fictae promissionis; at certe obligat ad renovandum per verum consensum (salvis supradictis limitationibus) ratione contractus *do ut des*. - Villalobos autem, *part. 1, tr. 13, diff. 8, n. 2*, negat teneri ratione contractus; sed, *num. 3* addit moraliter loquendo semper vel fere semper teneri ratione damni.

1114. - ^{a)} Comitulus, *lib. 1, qu. 120*, doctrinam habet ex qua Pontius hanc suam sententiam colligit, scilicet: utrumque conjugem debere consensum renovare. Quod Lessius, *lib. 2, cap. 17, num. 72, i. f.*, probabile existimat.

^{b)} Vide in *1^o elench. quaest. reform., qu. 18*.

^{c)} Hostiensis, *in cap. Dilectus 23, de sponsalib., n. 5*; et Joannes Andreeae, *in cap. Dilectus 24, eod. tit., num. 7*, rationem hujus opinionis habent, nempe: non requiri ut utriusque consensus sit simul, sed satis esse, si postea quovis temporis intervallo alter consentiat, modo prior in suo consensu perseveret. - Idemque notandum venit de Dominico Soto, *in 4, dist. 27, qu. 1, art. 3, v. Sed alia hinc nascitur*, citat. a Salmant.

^{d)} S. Bonaventura, *in 4, dist. 29, qu. 2, ad 3*, hoc sane tenet; sed in fine addit: «Posset tamen dici quod in tali casu consensus viri [qui scilicet vere prius consenserat] renovari debet vel verbo vel signo».

Juxta aliquos, si unus fecte contraxit, debet alterum monere ad revalidandum.

Alii communiter et verius negant.

Probatur ex auctoritate.

Ex triplici capite juris

Paludano, Silvestro, Angelo, Armilla, Tabiena, Petro Soto, Lopez, etc.; et Salmant.¹ cum Soto^{c)} Coninck, Trullench. - Hanc sententiam expresse tenet etiam D. Thomas², ubi dicit: *Ex consensu libero illius qui primo coactus est non fit matrimonium, nisi in quantum consensus praecedens in altero adhuc manet in suo vigore; unde si dissentiret, non fieret matrimonium*. Ergo perseverante consensu alterius, sufficit si coactus liberum ponat consensum. - Probatur ex cap. *Insuper 4, Qui matr. accus., etc.*, ubi in sumario sic habetur: *Invita desponsata, postea sponte cognita, contra matrimonium non auditur*. Idem habetur in cap. *Proposuit 2, de conjug. servor.*: ibi dicitur quod, cum quidam vir ignorans servam duxisset, postquam audivit esse ancillam, carnaliter cognovit; unde compulsus fuit, ut eam sicut uxorem pertractet^{e)}. Idem, ex cap. *Ad id 21, de sponsal.*; ibi: *Quamvis... ab initio invita fuisset ei tradita et renitens, tamen quia postmodum per annum et dimidium sibi cohabitans consensisse videtur, ad ipsum est cogenda redire*. Ergo sufficit consensus partis metum passae vel fecte consentientis, expressus per copulam conjugalem vel per cohabitationem, una cum consensu alterius prius dato, ad faciendum validum matrimonium. - Ut autem metum passus legitimum ponat consensum, requiritur quidem ut sciat primum matrimonium invalide fuisse initum; prout bene advertunt Sanchez³, Navarrus⁴; et [Contin.] Tournely⁵ cum Silvestro^{f)} et Pirhing.

Ex ratione.

Ratio autem nostrae sententiae est, quia certum est quod in contractu matrimonii non requiritur similitas physica consensuum sponsorum; sed sufficit moralis,

Palud., in 4, dist. 29, qu. 1, art. 4, concl. 1 (n. 24). - Silvest., v. *Matrimonium VIII*, qu. 11, § *Quartum*. - Angel., v. *Matrimonium III*, imped. 11, n. 1. - Armil., v. *Matrimonium*, n. 41. - Tabiena, v. *Impedimentum IX*, i. f. - Petr. de Soto, de Matr., lect. 3, post princ. - Ludov. Lopez, Instruct. conc., part. 1, cap. 85, v. *Sed tandem*. - ¹ Tr. 9, cap. 3, n. 118. - Coninck, disp. 24, n. 90. - Trull., lib. 7, cap. 5, dub. 4, n. 2. - ² Suppl., qu. 47,

^{e)} Textus genuinus est: «Si constiterit quod idem vir praefatam mulierem, postquam illam audivit esse ancillam, carnaliter cognovit, ipsum monitione praemissa compellatis, ut eam sicut uxorem maritali affectione pertractet».

S. ALPHONSI, Opera moralia. - Tom. IV.

nempe, si consensus unius moraliter perseverat, dum ponitur consensus alterius. - In nostro autem casu ideo matrimonium fuit nullum, quia defuit consensus metum passi vel fecte consentientis. Ergo, cum jam praecesserit verus consensus alterius, et virtualiter perseveret per cohabitationem etc. (ut infra n. seq. v. *Secunda*), satis est quod accedat consensus istius metum passi vel fecte consentientis, expressus aut per verba aut per signa, nempe per copulam maritalem aut voluntariam cohabitationem; ut docet Sanchez⁶ cum S. Thoma, S. Bonaventura, Paludano, etc., utque patet ex testibus supra citatis.

Nec valet dicere quod consensus alterius qui liber fuit a metu vel fictione fuit nullus, cum nullus adfuerit contractus. Nam respondetur quod, licet contractus fuerit nullus, et consensus illius non habuerit effectum, tamen fuit verus consensus; et ideo, cum ipse moraliter perseveret, satis est ad revalidandum matrimonium, quando accedit consensus alterius qui fecte consentit: pariter ac si iste distulisset suum dare consensum, et postea jam praestasset. - Neque obstat, ait Pater Cuniliati⁷, timor ne pars quae liberum consensum praestitit, si rursus esset requisita de novo consensu, forte illum negaret. Nam hic interpretativus dissensus non est verus dissensus; sed interim consensus olim impertitus jam perseverat.

Quidquid autem opponatur in contrarium, ego non video quomodo possit responderi ad canones supra relatos, et praesertim ad secundum in cap. *Ad id, de sponsal.* Ubi casus fuit quod puella quaedam, cum prius nuptias contraxisset sine

art. 4, ad 2. - ³ Lib. 2, disp. 36, n. 3. - ⁴ Man., cap. 22, num. 76. - ⁵ De Dispensat. in specie, part. 1, cap. 7, v. *Tertia conditio*. - Pirhing, lib. 4, tit. 1, num. 113. - ⁶ Lib. 4, disp. 18, num. 2 et 3; cfr. disp. 34, num. 2. - S. Thom., in 4, dist. 29, qu. unic., art. 3, solut. 2, ad 2; cfr. Supplem., loc. cit. - S. Bonav., in 4, dist. 29, qu. 2, ad 3. - Palud., loc. cit., concl. 3 (num. 25). - ⁷ De Matrim., cap. 30, num. 3.

^{f)} Silvester, v. *Matrimonium VIII, qu. 2, § Sextum*, rem plane innuit, dicens de eo qui ignoranter cum ancilla contraxit, si liber postea eam cognoscit: «Non tenetur stare cum ea, quia matrimonium nullum fuit, et semper ei se commiscuit ex primo consensu».

Priori objectioni respondeatur.

Secundae objectioni satisficit.

Argumentum Convinctum juxta S. Doctorem.

suo consensu interno, et deinde cum illas ideo invalidas censisset, ad secundum transierat conjugium; sed quia per longum tempus cum primo viro cohabitaverat, Pontifex praecepit ipsam cogendam ad primas nuptias redire, dum praesumebatur quod per illam cohabitationem jam suum consensum praestiterit: *Quamvis ab initio* (repetamus verba textus) *invita fuisset ei tradita, tamen quia postmodum per annum et dimidium sibi cohabitans consensisse videtur, ad ipsum est cogenda redire.* — Papa igitur pro vera non habuit rationem primae sententiae, scilicet quod consensus libere datus a viro esset eo casu per se invalidus, tamquam cadens supra materiam inhabilem; sed potius pro vero iudicavit quod ille viri consensus, moraliter perseverans, et deinde conjunctus cum consensu a muliere per suam cohabitationem praestito, jam primum matrimonium convalidasset: et ideo iussit quod mulier ad illud redire teneretur.

Obicitur a Pontio declaratio Clementis VIII. — Sed illi respondetur ab auctoribus nostrae sententiae, sicut responsum est supra n. 1110, v. *Obicit Pontius, etc.*

1115. — Quaeritur 6^o. *An, quando matrimonium fuit nullum ob aliquod impe-*

Pont., lib. 4, cap. 24, num. 4. — 1 Lib. 4, cap. 24, num. 2. — 2 Tr. 28, disp. 3, punct. 7, § 2, num. 3. — 3 De Matr. Contr., cap. 2, n. 74. — 4 Lib. 2, cap. 17, n. 76. — 5 Man., cap. 22, num. 47. — Covarr. (cit. a Sanch.), de Matr., part. 2, cap. 4, num. 8. — 6 Lib. 2, disp. 35, num. 2;

qui nullus fuit». Et addit: «Si durat antiquus consensus, virtute ejus non contrahitur, quia nullus est».

1115. — a) Silvester, v. Matrimonium VI, qu. 5, § *Secundum*, dicit opus esse novo consensu. Sed cfr. etiam notam e ad num. praeced., ubi de contrahente cum ancilla ignoranter, quam postea dominus manumisit.

b) S. Thomas, in 4, dist. 40, qu. unic., art. 4, ad 6, innuit dicens: Post dispensationem «illa conjunctio non efficitur matrimonialis ex statuto Ecclesiae ratione primi contractus...; sed tamen possent de novo contrahere, et alia conjunctio esset».

c) Cajetanus, Sum., v. Matrim. contractus, § *Tertium caput*, et *Opusc. tom. 1, tr. 12, qu. 2*, negat adesse hanc necessitatem nec pro illa citatur a Sanchez.

d) Petrus Ledesma, qu. 45, art. 3, dub. ult., distinguit, et adhaeret huic sententiae

dimentum, sit necessarium ad illud revolidandum ut, ablato impedimento, uterque conjux fiat conscius de nullitate matrimonii?

Prima sententia affirmat. Et hanc tenent Pontius¹, Palaus², Bossius³, Lesius⁴; Navarrus⁵ cum Silvestro^{a)} et Covarruvias; ac Sanchez⁶ cum D. Thoma^{b)}, Scoto, Cajetano^{c)}, Abulensi, Palacios, etc. — Ratio, quia hoc matrimonium non potest fieri validum neque per primum neque per secundum consensum praestitum post dispensationem. Non per primum; quia quod fuit nullum ab initio, tractu temporis validari non potest. Non per secundum; quia hic novus consensus non est validus, nisi fiat animo contrahendi illo tunc matrimonium: et hunc animum non habet qui nescit matrimonium prius contractum esse nullum; vir enim qui tunc consentit ignorans nullitatem, consentit quidem cum errore, putans consentire in uxorem jam suam: ergo cum erret in substantia, consensus minime valet.

Secunda vero sententia, quam tenent Salmant.⁷ cum Soto, Ledesma^{d)}, Rodriguez^{e)} et Henriquez^{f)}; item Paludanus^{g)}, Angelus, Gabriel^{h)} et alii plures apud Bossium³, dicit non esse opus ut pars ignara impedimenti moneatur de nullitate

cfr. disp. 36, num. 3 et seqq. — Scot., in 4, dist. 36, num. 5, v. *Resp. Primus consensus. Abulensi*, in I Regum, cap. 8, qu. 38. — Palacios, in 4, dist. 30, disp. 1, v. *At vero*. — 7 Tr. 9, cap. 3, num. 122. — Sotus, in 4, dist. 28, qu. un., art. 2, concl. 3. — 8 Loc. cit., n. 72.

quando impedimentum se tenet ex parte uxoris tantum; si vero se teneat ex parte viri, vel utriusque, adhaeret priori sententiae, nisi dubitetur de mutuo amore.

e) Rodriguez, Sum., part. 1, cap. 217, n. 2, ita profecto tenet, sed addit: «Si vero non timet periculum revelandi impedimentum, procurare debet ut maritus sciat se esse liberum et solum, quia matrimonium non valet».

f) Henriquez, lib. 11, cap. 3, num. 6, id concedit «in casu raro scandali, ubi femina apud virum de vita et grandi honore periclitaretur, si viro aperiret praesumpti matrimonii occultum impedimentum».

g) Paludanus, dist. 36, qu. 1, art. 2, concl. 2, (n. 14), id refert ex aliis quos videtur approbare.

h) Gabriel Biel., Suppl., dist. 29, qu. un., art. 3, dub. 3, id habet loquens de matrimo-

Si matrimonium fuit nullum ob impedimentum, juxta alios debet uterque moneri ad revolidandum.

Probabiliter non est necessarium.

Probatur ex decisione Rotae.

matrimonii; sed sufficere quod, ablato impedimento, pars quae conscia est de illo consensum ab altera accipiat. — Probatur 1^o. Ex decisione 687 Rotae Romanae apud Farinacium, edita auctoritate apostolica (eam refert Bossius¹). Ibi sic dictum fuit: *Vobiscum quod, impedimentis consanguinitatis non obstantibus, in vestro sic contracto matrimonio remanere, seu illud... publice, servata forma concilii Tridentini, de novo contrahere... libere et licite valeatis, auctoritate apostolica... dispensamus.* — Probatur 2^o. Ratione: quia prior consensus, licet suo effectu caruerit ob impedimentum a jure positivo appositum; tamen de jure naturae fuit validus, cum fuerit praestitus erga personam de jure naturae habilem ad contrahendum, ut sapienter considerat Benedictus XIV². Unde fit quod, cum removetur impedimentum per dispensationem, perseverante ex una parte primo consensu conjugis ignorantis impedimentum virtualiter per usum matrimonii, nempe per copulam conjugalem, cohabitationem voluntariam et alia signa externa quae ex primo consensu procedunt; et accedente ex altera parte consensu interno conjugis conscii impedimenti, expresso saltem per similia externa signa: tunc consensus utriusque moraliter uniuntur et matrimonium convalidant. — Ac propterea dicunt Abbas³, Gonzalez⁴, Felinus⁵, etc., apud Bossium¹,

Farinac., Decis. Rotae Rom. selectae, tom. 2, part. 2, decis. 687. — 1 De Matr. Contr., cap. 10, n. 332. — 2 Notif. 87, n. 80.

nullo propter metum, qui non est amplius casus praesens. At, dist. 36, qu. 1, art. 3, dub. 1, loquens de matrimonio ignoranter contracto cum ancilla, negat validari per manumissionem «sine utriusque consensu libero», quod concordat cum priori opinione hic a S. Alphonsi exposita.

1) Bossius, cap. 2, n. 92, non loquitur de dispensatione a praestando novo consensu; sicut neque auctores citati ab ipso: Abbas, in cap. Quia circa 6, de consang. et affin., n. 8, Hieronymus Gonzalez, Super Reg. 8, Cancell., glos. 9, § 2, n. 87, Felinus, in cap. 1, de tregua et pace, v. Si diceret, quare; sed dicunt tolerantiam Pontificis inducere dispensationem.

2) Hic in secunda et tertia editione, S. Alphonsus addebat: «Haec secunda sententia, speculative loquendo, videtur probabilior, sed

posse Papam dispensare in matrimonio nullo a novo consensu praestando. Et de facto, per Clementem XI, ex brevi edito die 2 April. 1701 (ut refert Benedictus³), quaedam matrimonia nulliter contracta a quibusdam populis Indiarum, vocatis *Pucueles* et *Quartarones*, fuerunt sine novo consensu convalidata⁴).

In hac autem re (quidquid dixerimus in prima^{h)} editione), maxime notandum id quod declaravit Benedictus XIV in constitut. *Etsi matrimonialis*, edita die 27 Septembris 1755¹). Ibi cum accidisset casus, quod quidam vir, qui bona fide sed invalide matrimonium contraxerat ob impedimentum occultum consanguinitatis, petebat illud convalidare, non tamen certiorata uxore, propter scandalum separationis quod timebatur, Pontifex petitioni indulgit. Eodemque tempore declaravit (vide ibi § 7) quod, casu quo impedimentum oritur, non a lege naturali aut divina (prout esset cum praestatur consensus vivente altero conjugate, aut cum persona servilis conditionis^{m)} ignotae), sed provenit a lege ecclesiastica: tunc bene potest Papa dispensare ut matrimonium contrahatur sine novo consensu partis ignorantis impedimentum, habendo pro valido consensum praestitum ab illa in principio, ubi ex lege naturali erat consensus quidem validus. Nam, eo casu, Papa aufert impedimentum in radice matrimonii, retro-

— Clemens XI, breve *In Apostolicae dignitatis*, ap. de Martinis, Juris Pont. de Prop. Fide, part. 1, tom. 2. — 3 Loc. cit.

in praxi, extra casum urgentis necessitatis ut infra, prima omnino est tenenda... quia secunda opinio, cum non sit moraliter certa non potest in praxim deduci juxta propos. I, damnatam de Innoc. XI. Textus vero qui nunc habetur est in quarta editione a S. Alphonso primum insertus.

h) In prima editione, col. 900, S. Doctor aiebat: «Omnino dicendum est... necesse esse quod uterque certior fiat de nullitate prioris consensus».

1) Seu rectius: Decretum latum fuerat 27 Sept. 1755 et publicatum brevi *Etsi matrimonialis*, de die 30 Sept. 1755; hoc autem non concedit gratiam, sed commemorat illam esse factam alio brevi de die 12 Sept. 1750.

m) Supra tamen, n. 1017, S. Doctor docet impedimentum conditionis servilis probabilis jure ecclesiastico fuisse statutum.

Ex sanatione in radice quandoque concessa a Papa.

Ultimae objectioni remissive respondetur.

trahendo contractum ac si ab initio impedimentum abfuisset. — Haec verba Pontificis: *Porro, gratia concessa importat dispensationem in radice matrimonii: quae a Romanis Pontificibus concedi consuevit, urgente magna causa, et quando agitur de impedimento matrimonii ortum habente, non a jure divino aut naturali, sed a jure ecclesiastico. Et per eam non fit ut matrimonium nulliter contractum non ita fuerit contractum; sed effectus de medio tolluntur, qui, ob hujusmodi matrimonii nullitatem, ante indulgentiam dispensationem, atque etiam in ipso matrimonii contrahendi actu, producti fuerunt.*

Caeterum, ubi non suppetit hujusmodi specialis dispensatio Pontificis, non descendendum a prima sententia; maxime quia in litteris S. Poenitentiarie in dispensationibus ad hujusmodi matrimonia revalidanda apponitur sequens clausula: *Ut dicta muliere de nullitate prioris consensu certiorata, uterque inter se de novo secreta contrahere valeant*ⁿ⁾. — Licet enim dicant Sanchez¹ et Bonacina^{o)} ac Tiburtius Navarrus^a praefatam clausulam non apponi ut conditionem, sed ut simplicem instructionem (quia alias dicta conditio saepe frustraretur, item quia clausulae

¹ Lib. 8, disp. 34, n. 61. — ² Manud. ad Prax. S. Poenit., part. 2, cap. 3, v. *Quando*. — ³ Notif. 87, n. 68. — ⁴ Ex L. *A testatore* 109 ff., de condition. et demonstr. cum glossa. — ⁵ Lib. 2, disp. 36, n. 8 et 9. — ⁶ In propos. 1, diss. 2, n. 681 et 682. — ⁷ Lib. 2, cap. 17, n. 77. — ⁸ De Matr., n. 697, v. *Sed quid*. — ⁹ De Matr. Contr., cap. 2, n. 78.

ⁿ⁾ Sed vide infra notam h, ad n. 1117.

^{o)} Bonacina, *qu. 2, punct. 9, num. 7*, ait conjugem monendum esse de nullitate matrimonii, quando id commode fieri potest; secus, si non potest commode et sine periculo, et addit: «Et hoc pacto intelliguntur clausulae dispensationum, in quibus praescribitur conjugem admoneri de invaliditate matrimonii; non enim credibile est Summum Pontificem obligare cum tanto incommodo».

1116. — ^{a)} Haec verba referuntur ad textum secundae et tertiae editionis; vide notam j ad num. superiorem. Sed, non obstante textus mutatione, ea quae in praesenti a S. Alphonso hic asseruntur nihilominus valent et servanda sunt.

^{b)} Continuator Tournely, *de Dispensat. in specie, part. 1, cap. 12, v. Si autem*, de alio casu loquitur. Et *loc. cit.*, v. *Enim vero*, hoc sane habet: «In sacramentis non licet sequi sententiam probabilem, relicta proba-

quae apponuntur ut conditiones aliis strictioribus verbis apponuntur): attamen probabilius docet Benedictus³ illam esse veram conditionem, eo quod ablativus absolutus, juxta jurisperitos, veram importat conditionem⁴.

1116. — Dixi: *extra casum urgentis necessitatis*^{a)}. — Nam, si ex notitia nullitatis matrimonii prudenter timeri possit periculum mortis, gravis infamiae aut scandalii ex separatione secuturi; et ex alia parte, conjux impedimenti conscius non posset evitare redditionem debiti: tunc bene potest uti secunda sententia tanquam probabili. Quia eo casu ratione necessitatis etiam cum periculo frustrationis sacramenti licitum est sequi opinionem tantum probabilem, ut communiter docent Sanchez⁵, [Contin.] Tournely^{b)}, Cardenas⁶, Lessius⁷, Holzmann⁸, Bonacina^{o)}; Bossius⁹ cum Coninck^{d)} et Filliuccio; ac Elbel¹⁰ cum Laymann^{e)}, Sporer, Croix et communi. — Imo (ut dicunt Sanchez, Viva, Cardenas, Croix et alii, relati n. 482, v. *Melius igitur*), in casu extremae vel urgentis necessitatis, licitum est uti opinione etiam tenuiter probabili; quia id quod esset indecens erga sacramentum, non est indecens quando necessitas et bonum animae ur-

Fill., tract. 10, part. 1, cap. 3, num. 92. — ¹⁰ De Matr., n. 344. — *Spor.*, part. 4, cap. 2, n. 460. — *Croix*, lib. 6, part. 3, n. 814. — *Sanch.*, de Matr., lib. 2, disp. 36, n. 8; et Decal., lib. 1, cap. 9, n. 25. — *Viva*, Append. ad prop. damn., § 11, v. *Ratio*. — *Carden.*, diss. 4, n. 48. — *Croix*, lib. 6, part. 2, n. 1162.

biliori simul et tutiori, nisi casu extremae necessitatis». Sed in casu negat dari extremam necessitatem.

^{c)} Bonacina, *loc. cit.*, num. 7, negat detegendum esse impedimentum, si non potest commode et absque periculo detegi: addit deinde si eo casu nullo modo possit extorqueri consensus viri, et ex alia parte petat debitum quod uxor nequit effugere sine scandalo, sententiam quamdam esse quod uxor habeat copulam affectu conjugali quem etiam vir habet, quod proinde satis est ad revalidandum matrimonium: sed ait Bonacina sententiam habere magnam difficultatem, et esse probabilem potius ob auctoritatem quam ob rationem.

^{d)} Coninck, *disp. 24, n. 88*, id refert tantum ex Sanchez.

^{e)} Laymann, *lib. 5, tr. 10, part. 4, cap. 14, n. 5*, quando adest periculum, negat utique requiri ut cognoscatur impedimentum, sed

Sed in casu urgentis necessitatis potes uti secunda.

Modi obtinendi renovationem consensus ex parte inscia impedimenti.

Primus modus admittendus.

Secundus modus cum restrictione accipiendus.

get. — Bene tamen advertit Sanchez¹ quod tale scandalum, cum impedimentum est ex parte viri, ordinarie non potest timeri.

1117. — Quaeritur 7^o. *Quotuplici modo possit renovari sive exigere consensus a parte inscia impedimenti post obtentam dispensationem?*

Plures ab auctoribus assignantur modi: Primus modus si dicat sponsus: *Quando nupsi, non habui verum consensum: nunc praestare volo. Vis et tu praestare?* — Hunc modum communiter admittunt doctores; et recte quidem, ac sine mendacio, cum consensus nullus non sit verus consensus. Ita Sanchez², Cardenas³, et Holzmann⁴.

Secundus modus, si dicat: *Dic, quaeso, si nullum fuisset nostrum matrimonium, nonne iterum me accipere intendis?* Ita Sanchez⁵; Salmant.⁶ cum Coninck, Sa et Dicastillo; Roncaglia⁷ cum Gobat; item Silvester^{a)} et Rosella^{a)}, apud Bossium⁸: quia tunc jam aequivalenter manifestatur. — Huic tamen modo contradicunt Pontius⁹; et Bossius¹⁰ cum Henriquez^{b)}, Gutierrez et Filliuccio^{c)}. Quia (ut ajunt) tunc sponsa consentiendo intendit consentire in suum: ignorantia enim concomitans non efficit voluntarium positive; et ideo tunc non apponitur consensus, ut requiritur, independens a primo. Haec sententia est mihi verior. Nisi (exciperem) ex illa petitione (ut supra) sponsa inscia impedimenti jam veniret in dubium vel suspicionem de nullitate matrimonii: tunc enim

¹ De Matr., lib. 2, disp. 36, n. 7. — ² Loc. cit. — ³ In propos. 1, diss. 1, n. 680. — ⁴ De Matr., n. 697. — ⁵ Loc. cit., n. 5. — ⁶ Tr. 9, cap. 3, n. 124. — *Coninck*, disp. 24, n. 89. — *Sa*, v. *Matrimonium*, n. 3. — *Dicast.*, disp. 2, dub. 10, n. 89. — ⁷ Qu. 5, cap. 3, qu. 2, resp. 2. — *Gobat*, Quinar., tr. 5, cap. 37, n. 134. — ⁸ De Matr. Contr., cap. 2, n. 83. — ⁹ Lib. 4, cap. 25, n. 5. — ¹⁰ Loc. cit., n. 83. — *Gutierrez*, de

pars quae illud ignorat debet absolute consentire de novo quasi contractus nunquam adfuisset.

1117. — ^{a)} Silvester, v. *Matrimonium VIII, qu. 3, § Primum*, requirit ut sit ita dispositus ut etiam consentiret si sciret nullum esse matrimonium. — Rosella autem, v. *Matrimonium IV, n. 5*, negat satis esse si consentiat de novo ex errore, alias non consentitur.

^{b)} Henriquez, *lib. 11, cap. 9, n. 7*, negat satis esse si ad uxorem accedat affectu mari-

jam poneret consensum a primo independentem.

Tertius modus, si sponsus dicat: *Angor scrupulis de nostri matrimonii valore: ideoque renovemus consensum*. — Ita Busenbaum (ut supra, n. 1109, v. *Si in tali*); Salmant.¹¹ cum Trullench; item Navarrus et Cajetanus, apud [Contin.] Tournely¹² (qui immerito hunc modum non admittit). Ipse enim satis est (prout mihi certum videtur), ut sponsa ponat consensum independentem a primo. Nec obstat quod illa hoc modo non haberet notitiam certam nullitatis matrimonii: nam ut novus consensus valeat, non indiget ut apponatur ex notitia certa nullitatis, sed tantum ut praestetur independentem a primo consensu.

Quartus modus: *Si mihi non nupsisses, nonne nuberis nunc?* — Ita Busenbaum (n. 1109, v. *Si in tali*), et Salmant.¹³ cum aliis. — Sed hic modus minime est admittendus; quia in hoc modo revera non adest positivus consensus.

Quintus modus: *Pro mea consolatione volo de novo contrahere: eja, contrahamus*. Ita Anacletus^{d)}, Sanchez¹⁴, et Salmant.¹⁵ cum Cajetano et Ledesma. — Sed hunc jure merito neque admittit Contin. Tournely¹⁶; quia per hunc nulla ingeritur in alterum notitiam nec dubium de nullitate primi matrimonii.

Sextus modus, si accedat *copula maritali affectu habita*, ex parte conjugis consensu impedimenti per dispensationem jam

Matr., cap. 47, n. 2. — ¹¹ Tr. 9, cap. 3, n. 124. — *Trull.*, lib. 7, cap. 5, dub. 4, n. 10. — *Navar.*, Man., cap. 22, n. 47. — *Cajetan.*, Opusc. tom. 1, tr. 12, qu. 2. — ¹² De Dispensat. in specie, part. 1, cap. 12, v. *Quoniam vero*. — ¹³ Loc. cit., n. 124. — ¹⁴ Lib. 2, disp. 36, n. 2. — ¹⁵ Loc. cit., n. 124. — *Cajetan.*, loc. cit., qu. 2. — *Petr. Ledesma.*, qu. 45, art. 3, dub. ult. — ¹⁶ Loc. cit., cap. 12, v. *Enim vero*.

tuli ex ignorantia qua reputat matrimonium fuisse validum, quia ignorantia tollit voluntarium.

^{c)} Filliuccio, *loc. cit.*, n. 88, negat satis esse quod ratum habens priorem consensum ita sit dispositus ut, si sciret matrimonium nullum esse, adhuc de novo consentiret, quia error concomitans facit involuntarium negative. His tamen dictis, admittit, n. 91, modum hic a S. Alphonso relatum.

^{d)} Anacletus, *tr. 14, dist. 14, num. 174*, hunc fere similem modum habet: «Volo te-

Tertius modus admittendus.

Quartus modus rejiciendus.

Quintus modus pariter rejiciendus.

Sextus modus admittendus.

In praxi, si non petitur sanatio in radice, sequenda est prima sententia.

sublati, intendendo sic exprimere novum consensum ad matrimonium de novo contrahendum: nam ex altera parte inscia impedimenti, jam exercetur copula eo affectu ex primo consensu praestito, usque tunc in effectu perseverante. — Hic tamen modus tunc tantum sufficeret, quando non esset locus modis supra enuntiatis, et insuper immineret periculum gravis damni. Ita Sanchez¹, Tiburtius Navarrus², [Contin.] Tournely^{e)}, Bonacina^{e)}, Auctor *Istrus. per li novelli Confess.*³, Viva⁴, Salmant.⁵ cum Soto^{f)}, Cajetano^{f)}, Coninck^{f)}, Gutierrez et Rodriguez^{f)}; item Syrus, de Leone^{f)} et Giribaldi, apud Benedic-

tum XIV^{g)} (qui non reprobatur). Neque tunc obstat clausula certiorationis quae apponitur a S. Poenitentiaria, quia, ut ait Tiburtius Navarrus apud Benedictum^{g)}, in hoc casu necessitatis censetur S. Sedes relaxare praefatam conditionem, providendo meliori modo quo potest bono animarum; cum talis conditio tunc sit moraliter impossibilis executioni^{h)}. — In hoc igitur casu, licite potest hic modus in praxim deduci, cum valde probabile sit (ut ostendimus n. 1114, v. *Ratio*) sufficere consensum partis consciae impedimenti, expressum per copulam conjugalem, cum consensu alterius virtualiter perdurante.

¹ Lib. 2, disp. 36, n. 9. — ² *Manud. ad prax. S. Poenit.*, part. 2, cap. 3, v. *Quando*. — ³ Part. 2, cap. 15, n. 326. — ⁴ De Matr., qu. 4, art. 3, n. 8; cfr. qu. 4, art. 4, n. 14. — ⁵ Tr. 9, cap. 3, num. 125. — *Gutier.*, de Matr., cap. 47,

n. 4, concl. ult. — *Syrus*, Dilucidatio facult., part. 2, cap. 2, v. *Alium modum*. — *Giribaldi.*, tr. 10, de Matr., cap. 18, num. 124. — ⁶ *Notificat.* 87, num. 74. — *Tiburt. Nav.*, loc. cit.

cum ex tunc [al. ex nunc] ita contrahere, ut si jam non esset validum inter nos matrimonium, illud nunc inire velim.

^{e)} Cont. Tournely, loc. cit., v. *Enim vero*, hunc modum rejicit. — De Bonacina, vide notam b ad n. 1116.

^{f)} Sotus, in 4, dist. 28, qu. un., art. 2, concl. 3; Cajetanus, *Opusc. tom. 1, loc. cit.*; Coninck, loc. cit., n. 86 et 88; Rodriguez, *Sum., part. 1, cap. 217, n. 2*, quidquid dicant Salmant.; Marcus Leone denique, *op. cit.*,

part. 2, v. *Sufficit* quidquid dicat Benedictus XIV, hunc modum ex sola copula affectu conjugali habita non habent.

^{g)} Tiburtius Navarrus hoc utique habet; sed, quod sciam, non citatur a Benedicto XIV.

^{h)} Hodie tollitur omne dubium, nam S. Poenit. addere solet in facultatibus concedendis: « Et quatenus haec certioratio absque gravi periculo fieri nequeat, renovato consensu juxta regulas a probatis auctoribus traditas, etc. ».

DUBIUM IV.

A quo et ob quam causam possit dispensari in Impedimentis Matrimonii.

1118. *In quibus impedimentis Papa possit dispensare.* — 1119. *An Papa possit unquam dispensare in iis quae sunt de jure divino.* — 1120. *An aliquando in impedimentis de jure naturae.* — 1121. *An possit episcopus dispensare in impedimentis dirimentibus.* — 1122. *Qu. 1. An possit, urgente necessitate, dispensare in eis ante matrimonium contractum.* — 1123. *Qu. 2. An, post contractum.* — 1124. *Qu. 3. An tunc requiratur ut matrimonium sit contractum bona fide.* — 1125. *Qu. 4. An episcopus possit hanc facultatem alteri delegare.* — 1126. *Episcopi possunt dispensare in omnibus impedimentis quae impediunt matrimonium de jure humano, vel quae matrimonium superveniunt.* — 1127. *An regulares possint dispensare ad petendum debitum.* — 1128. *An ipsimet possint dispensare in voto castitatis ad contrahendum matrimonium urgente necessitate.* — 1129. *Quae sint causae justae ad dispensandum in impedimentis dirimentibus.* — 1130. *Adduntur aliae causae sufficientes. An sufficiat subministratio majoris pecuniae.* — 1131. *Not. 1. Quid explicandum ut dispensatio non sit subreptitia. Not. 2. Veritas causarum pertinet ad valorem dispensationis.* — 1132. *Qu. 1. An cessante causa cesset dispensatio.* — 1133. *Qu. 2. Quid in dubio an causa falso allegata fuerit finalis, vel an allegata fuerit vera.* — 1134. *Qu. 3. An in supplicatione exprimentum sit copulam incestuosam habitam fuisse cum intentione facilius obtinendi dispensationem.* — 1135. *Quid, si copula non fuerit ex tali intentione praehabita.* — 1136. *Qu. 4. An possit manifestari gradus remotior, tacito propinquiori.* — 1137. *Qu. 5. An petens secundam dispensationem debeat exprimere primam.* — 1138. *Qu. 6. An, si quis habeat plura impedimenta ejusdem speciei, debeat omnia exprimere.* — 1139. *Qu. 7. An possint seorsim impetrari dispensationes plurium impedimentorum.* — 1140. *Qu. 8. An, si quis post obtentam dispensationem, rursus cognoverit consanguineam sponsae, indigeat nova dispensatione.* — 1141. *Qu. 9. An, interveniente copula incestuosa inter sponso, antequam dispensatio executioni mandetur, nova dispensatio requiratur.* — 1142. *Qu. 10. An, si contrahentes sint diversae dioecesis, unusquisque a proprio episcopo sit dispensandus.* — 1143. *Qu. 11. Quae sint clausulae in dispensationibus S. Poenitentiariae.* — 1144. *Qu. 12. In quibus impedimentis S. Poenitentiaria possit dispensare.* — 1145. *Not. 1. Ad dispensationis valorem non requiritur consensus ejus cui prodest.* — 1146. *Not. 2. Quid exprimentum quando dispensatio petitur a dataria, et quid, quando a S. Poenitentiaria.* — 1147. *Formula supplicationis ad S. Poenitentiariam pro impetranda dispensatione impedimenti vel voti castitatis, ad celebrandum aut revalidandum matrimonium.* — 1148. *Formula exsequendi huiusmodi dispensationes.*

In quibus impedimentis Papa dispensare possit.

1118. - « Resp. 1^o. Papa non potest dispensare in impedimentis jure naturae « vel divino dirimentibus, nisi ex speciali « concessionem. In iis vero quae jure eccle- « siastico dirimunt, potest.

« Ratio prioris, quia inferior non dispensat in lege superioris, nec homo in « lege naturae. Addidi: nisi ex speciali » [concessionem], « quia sic Pontifex (non tamen episcopus) potest matrimonium ratum dissolvere ex juxta causa. Sanchez, « Lessius, Praepositus¹, Diana². — Ratio « posterioris quia Pontifex talia impedimenta inducit: ergo etiam potest tollere, « et quidem solus ».

¹ Sanchez, lib. 2, disp. 14, n. 2; et disp. 15, n. 6. — *Less.*, lib. 2, disp. 40, n. 146. — ² Qu. 5, dub. 8, n. 59 et

1119. - Quae ritur: an Papa possit aliquando dispensare in impedimentis de jure divino?

Ad hujus quaesiti decisionem, praemitenda est decisio quaestionis generalis, scilicet: an Papa in rebus juris divini possit unquam dispensare? — In iis in quibus jus divinum ortum habet a voluntate humana (prout in votis et juramentis), certum est apud omnes habere Papam facultatem dispensandi. Tunc enim, licet ipse non auferat jus divinum, aufert tamen fundamentum obligationis quam homo sibi imposuit actu humano: quo sublato, cessat juris divini obligatio. Vide Sanchez³, ubi

seqq. — ³ Part. 8, tr. 1, resol. 62 et 63. — ⁴ De Matr., lib. 8, disp. 6, n. 2; cfr. lib. 2, disp. 14, n. 5, ad 4.

In jure divino ortum habente a voluntate humana Papa certo dispensare potest.

asserit id esse commune cum D. Thoma et aliis.

Majus Dubium est: *An Papa possit dispensare in jure divino quod ex solo divino arbitrio derivat?* — Triplex est sententia:

Prima generice affirmat; et hanc tenent Abbas et duo alii apud Sanchez¹, qui merito eam rejicit.

Secunda sententia, quam tenet Sanchez² cum Navarro^{a)}, Cano^{a)}, Angelo, Felino et aliis pluribus, dicit Papam non posse dispensare in universum jus divinum; sed tantum in aliquo casu particulari, in quo non expedit observantia praecepti. — Unde infert, nullo casu posse dispensare in praeceptis non fornicandi, non mutandi materiam et formam sacramentorum et similibus; quia transgressio in his continet omnimodam indecentiam quae praeponderat cuicumque causae. Posse vero dispensare in residentia episcoporum, in matrimonio rato, in consecratione Eucharistiae sub utraque specie (sed hoc nos negavimus, de *Euch.*, n. 196, v. *Dubit.* 2) et similibus aliis; quia in istis potest justa causa occurrere, quae praeponderet indecentiae quae praeceptum respexit.

Tertia demum sententia, communior et probabilior, dicit nunquam posse Papam dispensare in iis quae sunt de absoluto jure divino. Hanc tenent Pontius³, Suarez⁴; et Palaus⁵ cum Salas, Covar-

D. Thom., in 4, dist. 88, qu. 1, art. 4, sol. 1; et 2^a 2^a, qu. 88, art. 10, ad 2. — *Abbas*, in cap. *Proposuit*, de concess. praebend., num. 20. — ¹ Lib. 8, disp. 6, n. 3. — ² Loc. cit., n. 5 et 6. — *Angel.*, v. *Papa*, n. 1. — *Felin.*, in cap. fin. de majorit. et obedient., n. 7 et 8. — ³ Lib. 8, cap. 3, n. 2. — ⁴ De Legib., lib. 10, cap. 6, n. 7, 9 et seqq. — ⁵ Tr. 3, disp. 6, punct. 3, n. 5 et 6. — *Salas*, de Legib., disp. 24, sect. 5, n. 33. — *Covar.*, de Matr., part. 2, cap. 6, § 9, num. 10. — *Silvest.*, v. *Papa*, qu. 16, § *Quartum*. — ⁶ 1^a 2^a, qu. 97, art. 4, ad 3. — *Palaus*, loc. cit., n. 5. — ⁷ De *Euch.*, disp. 43, sect. 4, v. *Tertia sententia*; cfr. de Legib., loc. cit., num. 12 et 15. — *Sotus*, in 4, dist. 18,

ruvias et Silvestro, ex D. Thoma⁶, ubi ait: *Sicut in lege humana publica non potest dispensare, nisi ille a quo lex auctoritatem habet... ita in praeceptis juris divini quae sunt a Deo, nullus potest dispensare nisi Deus, vel is cui ipse specialiter committeret.* — Haec autem specialis commissio (recte ait Palaus) non quidem habetur ex verbis illis: *Quodcumque ligaveris super terram*, vel illis: *Pasce oves meas*. Haec enim verba, cum generalia sint, non continent specialem commissionem: tanto magis quod hujusmodi dispensationes in jure divino essent nocivae unitati et stabilitati Ecclesiae.

Valde autem probabiliter dicunt Suarez⁷; item Sotus, Palacios, Suarez, Valentia, Durandus^{b)}, Major, Navarrus, Covarruvias et alii plures, apud Sanchez, posse Pontificem in aliquo casu particulari non dispensare, sed declarare quod jus divinum non obliget. — Ratio, quia haec potestas fuit necessaria propter humanarum rerum varietatem; alias Deus bono regimini Ecclesiae non satis providisset.

1120. — Deveniendū igitur ad quaesitum circa matrimonium,

Dico 1^o. Papam non posse dispensare in impedimentis de jure naturae, contra Viva^{a)} et Cardenas^{a)}. — Nec obstat responsum Urbani VIII quod objiciunt (iludque retulimus n. 902, v. *Dixi*). Nam

qu. 1, art. 5, ad 1; et de Just. et Jure, lib. 1, qu. 7, art. 3, ad 3; et lib. 10, qu. 3, art. 4, v. *In calce demum*. — *Palacios*, dist. 88, disp. 3, v. *Porro quamvis*; et dist. 11, disp. 3, v. *Porro autem hanc rem*. — *Suar.*, loc. cit. — *Valent.*, in 1^o 2^o, disp. 7, qu. 4, punct. 6, v. *Et quod ad priorem*; et qu. 8, punct. 4, v. *Dispensatio autem... Secundo*; et in 2^o 2^o, disp. 10, qu. 3, punct. 5, v. *Quarto certum est*. — *Major*, in 4, dist. 24, qu. 12 in princ.; et dist. 27, qu. 6, v. *Propter hoc argumentum*. — *Navarr.*, Consil. 4, de despons. impub., n. 16. — *Covar.*, de Matr., part. 2, cap. 6, § 9, n. 6 et 10. — *Sanch.*, lib. 8, disp. 6, num. 4.

1119. — ^{a)} Navarrus non bene citatur a Sanchez; licet enim, *Consil. 2, Qui filii sint legitimi*, n. 8, dicat Papam posse dispensare in aliquo casu, attamen exemplum affert de voto, qui non est casus praesens; praeterea, *Consil. 4, de despons. impub.*, n. 16, eo sensu explicat verbum dispensare, ut non sit aliud quam declarare quod jus divinum non obliget. — Canus etiam, *Relect. de Poenit.*, part. 6, v. *Illud quoque scholastici*, non vi-

detur recte citari a Sanchez, quia ibi loquitur de iis quae nonnunquam majus bonum impedire solent, ut sunt votum et juramentum.

^{b)} Durandus, *loc. cit.* a Sanchez, scilicet, in 4, dist. 33, qu. 1, num. 15, v. *Secunda autem ratio*, negat solum Papam dispensare posse in lege Christi.

1120. — ^{a)} Viva, in *prop. 1, Innoc. XI*, n. 30; Cardenas, in *prop. 1, diss. 2, n. 605*, dicunt Papam posse decernere matrimonium

patet ex iis quae refert idem Cardenas¹, illam non fuisse dispensationem, sed meram declarationem pro illo casu particulari.

Dico 2^o. Bene posse Papam, in aliquo casu urgentissimae necessitatis, declarare esse validum matrimonium, non obstante impedimento quod probabiliter de jure naturae illi obstat; prout de facto^{b)} declaravit Clemens XI (prout vidimus n. 1115, v. *Secunda*). — Nec obstat id quod ait Sanchez², scilicet, non posse Papam in hujusmodi impedimentis dubiis^{c)} neque dispensare neque declarare quod ipsa non obstat valori matrimonii; quia (ut dicit) si haec via aperiretur, facile possent concedi in Ecclesia istae dispensationes sive declarationes, et sic accidere possent plures fornicationes materiales. Nam responderetur quod, cum Papa in hujusmodi casibus declarat impedimentum non obstat, tunc agit ut universalis Doctor Ecclesiae, in quo errare non potest; et oppositum asserere non posset excusari a magna temeritate; ut enim ait Benedictus XIV³ (ex Veracruz): *De Pontificis potestate, postquam dispensavit, dubitare instar sacrilegii est.*

1121. — « Unde resolves:

« 1^o. *Episcopus* in impedimentis dirimentibus matrimonium *jam contractum* non potest ordinario jure dispensare,

¹ In *propos. 1, diss. 2, n. 553*. — ² Lib. 8, disp. 6, n. 10. — ³ De Synodo, lib. 7, cap. 7, num. 7. — *Veracr.*, part. 2, art. 27, v. l., v. *Ex omnibus his*. — *Sanch.*, lib. 2, disp. 40, n. 3 et 4. — *Coninck*, disp. 33, dub. 3, n. 32. — ⁴ Disp. 44, sect. 6, a num. 3. — ⁵ Part. 9, tr. 7, resol. 40. — *Perez*,

esse validum si impedimentum sit dubium aut probabile tantum, etiam si sit de jure naturae aut divino.

^{b)} Clemens XI, in brevi citato supra, n. 1115, concessit solum sanationem in radice quando agebatur de matrimoniis contractis cum impedimento de jure ecclesiastico.

^{c)} Sanchez loquitur absolute et non solum de impedimentis dubiis.

1121. — ^{a)} Conditionem istam omittit Coninck.

^{b)} Praepositus male citatur a Diana; hoc enim, *qu. 8, dub. 2, num. 6*, silentio praetermittit.

^{c)} Laymann non loquitur de legato a latere.

^{d)} Bonacina, *qu. 3, punct. 15, n. 6*, quid dicat Busenbaum, tenet contrarium:

« nisi ex tacita concessione in casu necessitatis, quando sequentia concurrunt: 1^o. Ut defectus sit dispensabilis. 2^o. Ut sit occultus, id est non sit notorius seu divulgatus. 3^o. Ut ex altera parte saltem matrimonium bona fide sit contractum^{a)}. 4^o. Ut non sit facilis accessus ad Papam. Ita communiter Sanchez, Coninck, Martinus Perez⁴. — Quando autem contractum est ex dispensatione subreptitia, non potest episcopus sua dispensatione priorem confirmare. Diana⁵, ex Praeposito^{b)}, Perez, etc.

« In impedimentis vero dirimentibus matrimonii *nondum contracti*, videtur nunquam posse; imo nec legatus a latere^{c)}, nisi ex speciali facultate. Laymann⁶, Bonacina^{d)}, etc. — Contra quos Diana⁷, cum Praeposito, Villalobos, et Escobar⁸, putat episcopum id posse ali- quando in casu raro, ex causa maxime urgente, si, omnibus tentatis, judicetur necessarium esse ad vitandam gravem infamiam vel grave scandalum cui aliter occurri non posset; idque, ex tacita Papae licentia^{e)}.

1122. — Quaeritur 1^o. *An episcopus possit dispensare in aliquo impedimento dirimente ante matrimonium contractum, urgente necessitate?*

Vide dicta hoc *Lib. VI, n. 613*, v. *Communissime*, ubi affirmativam sententiam

loc. cit., n. 15. — ⁶ Lib. 5, tr. 10, part. 4, cap. 6, n. 10, et lib. 1, tract. 4, cap. 22, num. 4. — ⁷ Part. 8, tract. 3, resol. 80. — *Praepos.*, qu. 8, dub. 2, num. 16. — *Villal.*, part. 1, tr. 14, diff. 25, n. 6. — ⁸ Tr. 1. exam. 16, cap. 4, num. 41.

« Addo, inquit, ... episcopum posse ex urgentissima necessitate in impedimentis dirimentibus dispensare per se, vel per alium delegatum, non solum post contractum matrimonium, verum etiam ante ».

^{e)} Quoad reges et principes regiae stirpis, decretum Sacrae Congr. de Sacramentis diei 7 Martii 1910, « declarat dispensationes a quibusvis impedimentis matrimonium sive dirimentibus, sive impedimentibus, quae regibus ac regiae stirpis principibus erunt concedendae, Sedi Apostolicae speciali modo esse reservatas, ita ut ab hujus potestatis usu excludantur Ordinarii omnes et alii quilibet, in gravi dignitate constituti; eandemque potestatem in facultatibus cuilibet et quavis forma concessis, nullatenus esse comprehensam ».

In jure divino absoluto,

juxta alios, potest quandoque in casu particulari.

Communitus et probabilis nunquam potest.

Potest in aliquo casu declarare impedimentum non obstat.

Probabiliter tamen potest declarare in casu jus divinum non obligare.

Papa non potest dispensare in impedimentis de jure naturae.

Quid episcopus quoad matrimonium jam contractum.

Quoad matrimonium nondum contractum.

Episcopus aliquando potest dispensare ante matrimonium contractum.

tenuimus cum communi doctorum (contra Busenbaum, ut supra): dummodo vera urgeat necessitas, puta si alias imminet periculum mortis; vel si matrimonium sit necessarium ad legitimandas proles, vel ad vitandam feminae infamiam aut alia damna; vel si mulier nobilis (ut ajunt Salmant.¹⁾ sive honesta, licet non nobilis (ut melius dicit Concina²), parata esset nuptias tali die contrahere, et in confessione manifestaret impedimentum. — Ratio, tum quia eo casu vel praesumitur ipse Papa dispensare, vel omnino cessat reservatio, exemplo in *cap. 2, de despons. impub.*, ubi: *Districtius inhibemus... ne aliqui, quorum uterque vel alter ad aetatem legibus vel canonibus determinatam non pervenerit, jungantur: nisi forte aliqua urgentissima necessitate interveniente, utpole pro bono pacis talis conjunctio toleretur.* Quod verbum *toleretur* Pontius³ et Salmant.⁴⁾ interpretantur pro vera dispensatione, dicentes hanc tolerantiam non esse permissionis sed approbationis.

Addit Roncaglia⁴ cum Pignatello et Tamburinio, quod, etiamsi impedimentum fuerit publicum, potest episcopus dispen-

sare, quando eadem interveniunt rationes quae sufficiunt ad dispensandum in impedimento occulto. — Sed hanc opinionem vix unquam puto posse habere locum in praxi^{b)}; quia, cum impedimentum est publicum, cessat ratio scandali, si sponsi a tali matrimonio desistunt: imo, praesertim ad vitandum scandalum, tenentur a nuptiis desistere.

1123. — Quaeritur 2^o. *An episcopus possit aliquando dispensare in impedimento dirimente post contractum matrimonium?*

Negant Sotus^{a)}, Corduba, Medina et Veracruz, apud Sanchez⁵; quia (ut ajunt) episcopi nihil possunt in lege Pontificis^{b)}.

Affirmant vero communiter doctores, casu quo non pateat facilis aditus ad Papam; et contra imminet periculum mortis vel infamiae aut scandali, si conjuges separentur, vel incontinentiae, si non separentur^{c)}. Ita Cabassutius⁶, Merbesius⁷, Natalis Alexander⁸, Contin. Tournely⁹, Concina¹⁰ cum communi; Palaus¹¹, Bonacina¹², Barbosa¹³; Sanchez¹⁴ cum Abbate^{d)}, Gutierrez^{d)}, Gomes^{d)}, etc.; Salmant.¹⁵ cum Coninck, Aversa, Cornejo et Henriquez; ac Escobar¹⁶ cum Navarro,

Episcopus potest aliquando dispensare post matrimonium contractum.

Non requiritur bona fides ex parte utriusque.

art. 13, reg. 10. — ¹ De dispensat. in specie, part. 1, cap. 17, art. 3, reg. 2. — ² Diss. 3, cap. 4, n. 4. — ³ Tr. 28, disp. 4, punct. ult., § 1, n. 7 et 8. — ⁴ Qu. 3, punct. 15, n. 4. — ⁵ Alleg. 35, n. 3. — ⁶ Lib. 2, disp. 40, n. 3. — ⁷ Tr. 9, cap. 14, num. 7. — ⁸ Coninck, disp. 33, num. 32. — ⁹ Aversa, qu. 19, sect. 2, v. *Tertio*. — ¹⁰ Cornejo, disp. 7, dub. ult., concl. 3, v. *Excipitur*. — ¹¹ Henrig., lib. 12, cap. 3, n. 2. — ¹² Lib. 27, n. 682 et 683. — ¹³ Navar., Man., cap. 22, num. 85.

¹ Tr. 9, cap. 14, n. 11. — ² Diss. 3, cap. 4, n. 5. — ³ Lib. 8, cap. 13, u. 6. — ⁴ Qu. 5, cap. 1, qu. 1, resp. 2. — *Pignatell.*, tom. 3, consult. 33, num. 8. — *Tambur.*, lib. 8, tr. 2, cap. 4, § 4, n. 18 et 21. — *Coradub.*, Sum., qu. 45, opin. 1, punct. 2; Quaestionar., lib. 1, qu. 11, v. *Igitur opinio haec*. — *Barthol. Medina*, in 1^{am} 2^{ae}, qu. 97, art. 4, concl. 3. — *Veracr.*, part. 3, art. 18, v. *Dubium esse*. — ⁵ Lib. 2, disp. 40, n. 2. — ⁶ Lib. 3, cap. 27, n. 3 et 7. — ⁷ De Matr., qu. 89, quaestiunc. 5. — ⁸ De Matr., cap. 4,

1122. — ^{a)} Salmant, *tr. 9, cap. 14, n. 11*, scribunt in hoc cap. episcopo concedi facultatem dispensandi in impedimento aetatis, ut impubes contrahere possit.

^{b)} Impedimentum debere esse occultum constat ex declarationibus S. C. Concilii diei 13 Martii 1660 et diei 18 Januarii 1661. Item ex declarationibus S. Off. diei 3 Augusti 1873 et S. Poenit. diei 10 Augusti 1872. — Si agatur vero de periculo mortis, vide supra, *n. 1079*, not. f, v. f., ubi retulimus facultates hodie concessas cuilibet sacerdoti relate ad dispensationem impedimentorum.

1123. — ^{a)} Sotus, *de Just.*, lib. 1, qu. 7, art. 3, negat episcopum posse dispensare, « si impedimentum antecederet matrimonium, quod subinde contrahendum impediret ». Sed in *4 Sent.*, *dist. 37, qu. un.*, art. 2, v. *Si autem*, negat item posse, « nisi forte ubi ingens necessitas ingrueret », non tamen fore

sufficientem necessitatem vitandi scandali, quando mala fide contraxissent. Videtur itaque ad secundam sententiam accedere, proindeque non satis recte citari a Sanchez.

^{b)} Probabilem tamen contrariam sententiam existimant Corduba in *Quaestionar. loc. cit.*, et Veracruz.

^{c)} Auctores citati pro hac sententia eam intelligunt in casu matrimonii publici, bona fide contracti, impedimenti vero occulto; aliqui etiam addunt quod matrimonium sit consummatum.

^{d)} Abbas, in *cap. At si clerici, § De adulteriis, de judiciis, n. 9*; Gutierrez, *Canon. Quaest.*, lib. 1, cap. 23, n. 18; Ludov. Gomes, *tr. Brevium, n. 21*, citantur a Sanchez pro ratione generali quod scilicet episcopus possit dispensare in legibus Pontificis aut Concilii ubi adest urgens necessitas, et ita plane habent Abbas et Gutierrez; Gomes ta-

Vasquez, Hurtado, Salas, etc. — Ratio, quia hoc casu (pariter ac dictum est in prima Quaestione), praesumitur Papa consentire: maxime cum ipse jam notam habeat hanc sententiam communiter ab auctoribus traditam.

Bene autem advertit Croix¹ et Felix Potestas² quod si dispensatio commode possit per epistolam obtineri a S. Poenitentiarum, tunc non potest episcopus dispensare, quamvis (ut dicit Croix³) plures fornicationes materiales interim habeantur. — Dicuntur autem *materiales*; quia (ut diximus *de Poenit.*, n. 611 cum communi doctorum, quibus adde [Contin.] Tournely⁴ cum Silvio, contra Patrem Concina), si conjuges sint in bona fide, in ea sunt relinquendi, quando periculum sit infamiae, scandali aut incontinentiae, si moneantur de nullitate matrimonii.

1124. — Quaeritur 3^o. *An in casu praefato, ut possit episcopus dispensare, requiratur ut matrimonium fuerit contractum bona fide?*

Certum est non requiri bonam fidem ex parte utriusque, ut dicunt communiter Sanchez⁵, Pontius⁶, Merbesius⁷, Concina⁸, Salmant.⁹ et alii. — Ratio: tum quia, stante bona fide unius conjugis, matrimonium jam dicitur bona fide contractum argumento ex *cap. Cum inhibito, de cland. despons.*, ex *cap. Ex tenore, Qui filii sint legitimi*; tum quia malitia unius non debet alteri nocere.

Vasq., in 1^{am} 2^{ae}, disp. 178, cap. 2, num. 16. — *Gasp. Hurtad.*, disp. 26, diff. 2, n. 6. — *Salas*, de Legib., disp. 20, sect. 3, n. 23 et 25. — ¹ Lib. 7, n. 143. — ² Tom. 1, n. 3346 et 4229. — ³ Lib. 6, part. 3, n. 835. — ⁴ De Dispensat. in specie, part. 1, cap. 12, v. *Si autem*. — *Silvius*, in Suppl., qu. 55, art. 9, v. *Si impedimentum*. — *Concina*, de Poenit., lib. 2, diss. 3, cap. 9, § 2, n. 4. — ⁵ Lib. 2, disp. 40, n. 4. — ⁶ Lib. 8, cap. 13, n. 4. — ⁷ De Matr., qu. 89, quaestiunc. 5, n. 2. — ⁸ De Matr., diss. 3, cap. 4, n. 7. — ⁹ Tr. 9, cap. 14, n. 8. — *Dicast.*, disp. 8, dub. 4, n. 66. — ¹⁰ Loc. cit., n. 9. — ¹¹ Lib. 3, cap. 13, n. 4. — ¹² Tr. 28, disp. 4, punct. ult., § 1, n. 8. — ¹³ Alleg. 35, n. 4. — ¹⁴ Lib. 27, n. 686. — ¹⁵ Lib. 2,

Dubium fit: *an episcopus possit dispensare, si uterque mala fide contraxit?*

Affirmant Dicastillus, Henriquez^{a)} etc., apud Salmant.¹⁰; quia, ut ajunt, licet culpabiliter contraxerint, nec etiam tunc praesumitur Pontifex cum tanto periculo dispensationem sibi reservare. — Sed communissime et verius negant Pontius¹¹, Palaus¹², Barbosa¹³, Escobar¹⁴; Sanchez¹⁵ cum Ledesma, Corduba, Lopez et Veracruz; ac Salmant.¹⁶ cum Coninck et Aversa. Ratio: tum quia in Tridentino¹⁷ dicitur: *Si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere praesumpserit, separetur, et spe dispensationis consequendae careat... Non enim dignus est qui Ecclesiae benignitatem facile experiat, cujus salubria praecepta temere contempsit*; tum quia alias daretur occasio ut quotidie spe dispensationis matrimonia celebrarentur, contemptis impedimentis.

Ut autem quis dicatur *mala fide* contraxisse, non sufficit scivisse factum; sed requiritur scivisse quod tale factum induxerit impedimentum. Ita Sanchez¹⁸ et Concina¹⁹; ac Salmant.²⁰ cum Bañez^{b)}, Candido et Aversa. — Addunt Sanchez et Salmant.²¹ cum eisdem, neque sufficere quod ignorantia fuerit crassa; quia revera non dicitur *scienter* facere (ut loquitur concilium) qui aliquid facit cum ignorantia crassa, ut docet etiam Navarrus²². Secus, si ignorantia sit adeo crassa ut te-

Si uterque mala fide contraxit, episcopus non potest dispensare.

Quid sit in casu mala fides.

disp. 40, num. 4. — *Barthol. Ledesma*, de Matr., diff. 50, v. *Sed dubium statim*. — *Coradub.*, Quaestionar., lib. 1, qu. 11, v. *Igitur haec*. — *Ludov. Lopez*, Instr. nov., part. 2, de Matr., cap. 59, v. *Porro hic etiam*. — *Veracr.*, part. 3, art. 18, v. *Dubium esse*. — ¹⁰ Tr. 9, cap. 14, n. 9. — *Coninck*, disp. 33, num. 33. — *Aversa*, qu. 19, sect. 2, v. *Quinto*. — ¹¹ Sess. 24, de reform. Matr., cap. 3. — ¹² Lib. 2, disp. 40, n. 4. — ¹³ Diss. 3, cap. 4, n. 7. — ¹⁴ Tr. 9, cap. 14, n. 10. — *Candid.*, disquis. 28, art. 16, dub. 3, v. *Dico 7^o*. — *Aversa*, qu. 19, sect. 2, § *Sexto*. v. *Supponi ergo*. — *Sanch.*, loc. cit., num. 4. — ¹⁵ Loc. cit., num. 10. — ¹⁶ Man., cap. 27, num. 141, declar. 4.

men haec dumtaxat scribit: « Quando dispensandi subest legitima et evidens causa... tali casu possunt episcopi et legati dispensare contra concilium generale ».

1124. — ^{a)} Henriquez, quidquid dicant Salmant., hanc sententiam non tenet, sed solum eam ex aliis adducit, *lib. 12, cap. 3, num. 2, lit. k, o, p*.

^{b)} Bañez citatur a Salmant. non pro ipso

casu sed pro ratione, scilicet: Ad malam fidem requiri scientiam tam speculativam quam practicam, quod utique sufficienter insinuat Bañez, in *2^{am} 2^{ae}, qu. 62, art. 6, dub. 5, concl. 4*, haec dicendo: « Revera post illam diligentem inquisitionem, jam illa potest dici bona fides, moraliter et practice, quamvis habeat dubitationem quamdam speculativam ».

meritas videatur, prout ajunt Sanchez et Salmant. ^{c)}. — Et idem dicendum si sponsi voluntarie omiserint proclamationes: tunc enim, etiamsi contraxerint ignorando nullitatem matrimonii, dispensatio ipsis est deneganda, ut subdit Tridentinum ¹⁾, dicens: *Quod si ignoranter (quis) id fecerit, si quidem solemnitates requisitas in contrahendo matrimonio neglexerit, eisdem subficiatur poenis.*

1125. - Quaeritur 4^o. *An episcopus, casu quo potest in impedimento dirimente dispensare, possit hanc facultatem alteri delegare?*

Negant Silvester ^{a)}, Felinus ^{b)}, etc., apud Sanchez ²⁾. — Quia (ut ajunt) episcopi nequeunt hujusmodi facultates delegare, nisi ipsis haec potestas sit specialiter concessa. Idque probant ex Tridentino ³⁾, ubi conceditur episcopis facultas absolviendi a casibus papalibus; et ibi explicatur *per se ipsos aut vicarium*; ergo, ut episcopus possit delegare hujusmodi facultates, eget speciali concessione.

Sanct., lib. 2, disp. 40, n. 4, i. f. — ¹⁾ Sess. 24, de reform. Matr., cap. 5. — ²⁾ Loc. cit., n. 13. — ³⁾ Loc. cit., cap. 6. — ⁴⁾ Lib. 8, cap. 13, n. 5. — ⁵⁾ Tr. 28, disp. 4, punct. ult., § 1, n. 13. — ⁶⁾ Alleg. 35, n. 14. — ⁷⁾ Lib. 27, n. 695. — ⁸⁾ Qu. 3, punct. 15, n. 6. — ⁹⁾ Loc. cit., n. 14. — ¹⁰⁾ Tr. 9, cap. 14, n. 12. — *Coninck*, disp. 33, n. 33. — *Aversa*, qu. 19, sect. 2.

^{c)} Salmant., *loc. cit.*, n. 10, dicunt ignorantiam crassam excusare, « dummodo affectata non fuerit ».

1125. - ^{a)} Seu rectius: Aliqui apud Silvestrum.

^{b)} Felinus, *in cap.* Quod sedem 10, *de off. jud. ordin.*, n. 2, favet huic opinioni, negando jurisdictionem voluntariam, ex privilegio principis concessam, posse delegari.

^{c)} Auctores citati ex Sanchez, generatim asserunt jurisdictionem quae alicui competit ex privilegio principis perpetuo ac vi officii et dignitatis posse ab eo delegari; et ita Angelus, *v. Excommunicatio V, cas. 1, n. 39*; Silvester, *v. Delegatus, n. 11*, et *v. Absolutio IV, § 6*; Covarruvias, *Variat. lib. 3, cap. 20, n. 6 et 10*; Corduba, *Sum., qu. 8, init.*; Ludovicus Lopez, *Instr. nov., part. 1, cap. 284, v. Ex quo sequitur.*

^{a)} Ubi, *loc. cit.*, loquens de absolute ab haeresi dicit: « Idem... eis tantum [episcopis], non eorum vicariis sit permissum ».

^{e)} Singuli episcopi seu Ordinarii locorum fere semper accipiunt a S. Pontifice speciales dispensandi a certis impedimentis facultates, quae *quinquennales* dicuntur, aut *triennales*, aut *annuales*, nec tamen eadem omnibus

Sed communiter affirmant Pontius ⁴⁾, Palaus ⁵⁾, Barbosa ⁶⁾, Escobar ⁷⁾, Bonacina ⁸⁾, Sanchez ⁹⁾ cum Angelo ^{c)}, Silvestro ^{c)}, Covarruvias ^{c)}, Corduba ^{c)} et Lopez ^{c)}; ac Salmant. ¹⁰⁾ cum Coninck, Aversa, Leandro et Henriquez. Et hoc (ut dicunt Sanchez ¹¹⁾ et Palaus ¹²⁾, ac Salmant. ¹³⁾ cum Aversa et Gutierrez), non solum pro casu particulari; sed etiam pro omnibus, tam praesentibus quam futuris.

Ratio, quia, cum haec potestas non sit annexa personae, sed dignitati et officio, ipsa non dicitur delegata, sed ordinaria, et ideo bene delegari potest (ut diximus *de Leg., Lib. I, num. 190, v. Et in his, et 193*).

Nec obstat concilium ^{d)}. Nam respondent Sanchez et Palaus cum Gutierrez, quod concilium voluit per hoc tantum explicare, vicarium non habere hanc facultatem ex generali commissione vicariatus, sed egere speciali commissione episcopi; sed non voluit denegare episcopis hanc facultatem delegandi ^{e)}.

v. Nono. - Leand., disp. 24, qu. 11. - Henrig., lib. 12, cap. 3, n. 2, lit. u. - Lib. 2, disp. 40, n. 17. - Tr. 28, disp. 4, punct. ult. § 1, n. 13. - Loc. cit., n. 12. - Aversa, loc. cit. - Gutier., de Matr., cap. 49, n. 20 et 21. - Sanct., lib. 2, disp. 40, n. 17. - Palaus, tr. 28, disp. 4, punct. ult. § 1, n. 14. - Gutier., de Matr., cap. 49, n. 18.

conceduntur; quidquid autem Ordinariis conceditur, intenditur concessum vicario generali et, sede vacante, vicario capitulari aut legitimo administratori (S. Off. 20 Apr. 1898 et 5 Sept. 1900). Atque hic non alienum videtur *de usu* Indulti Apostolici notare sequentia: 1^o. Eadem regulae, quae in Curia Romana habentur ut necessariae, necessario etiam servandae sunt ab episcopo, qui dispensationem vi Indulti concedit. Talis est enim mens S. Pontificis, ut constat ex Responso S. Poenitentiariae, dato die 1 Junii 1858. 2^o. Clausulae praescriptae, v. g. adnotatio Indulti Apostolici, omnino servandae sunt; non tamen sub poena nullitatis, nisi hoc clare in Indulto exprimat (S. O., 15 Junii 1875 et S. C. de Prop. Fide, 11 Febr. 1804 et 3 Junii 1853). 3^o. Episcopus potest, vi Indulti, dispensare ab impedimento sive consanguinitatis sive affinitatis, etiamsi gradus sint multiplices (S. Off. 15 Junii 1875; S. Poenit., 18 Jan. 1883); non vero a pluribus impedimentis in eodem casu concurrentibus, nisi hoc expresse in Indulto concedatur. Eruiuntur ex verbis Indultorum, atque ex Resp. Sacrae Congregationis Concilii, 26 April. 1873, et S. Poen., 14 Jul. 1881 et 18 Januarii 1883. 4^o. Non potest dispensare epi-

Juxta sententiam communem, potest.

Quid possunt episcopi in impedimentis prohibentibus.

1126. - « Resp. II^o. In impedimentis non « dirimentibus possunt episcopi dispensare universaliter ^{a)}. — Quod addo, quia « excipiuntur illa quae jure naturali et « divino impediunt; ut votum castitatis « absolutum et perfectum (Bonacina ¹⁾ ex « Navarro, Sanchez, etc.) » [Sed in matrimonio contracto possunt dispensare ad petendum debitum, in voto emisso tam ante quam post matrimonium: vide dicta *n. 986 et 987*] « et sponsalia priora, ut « habet Tanner ²⁾ et Sanchez ³⁾. Idem habet « Filliuccius ⁴⁾, Laymann ⁵⁾.

« Similiter episcopus potest dispensare « in impedimentis quae matrimonio su- « perveniunt, et impediunt petitionem de- « biti v. g. cognationis spiritualis vel affini- « tatis. Bonacina ⁶⁾ ex Sanchez ⁷⁾, Filliuc- « cio ⁸⁾. Ubi ^{b)} excipit incestum commissum « (matrimonio consummato) cum consan- « guineis uxoris in iis qui non sunt juve- « nes ». [Sed Sanchez ⁹⁾ expresse docet oppositum. Vide dicta *num. 1076, v. Alii vero*].

1127. - « Resp. III^o. Possunt etiam con- « fessarii regulares approbati » [Id esse Benedictini, Mendicantes et omnes alii in eorum privilegiis communicantes, ut Sanchez ¹⁰⁾, Pontius ¹¹⁾, Palaus ¹²⁾; et Salmant. ¹³⁾ cum Gutierrez, Rodriguez ^{a)}, Aversa et

Possunt regulares dispensare ad petendum debitum.

¹⁾ Qu. 3, punct. 15, n. 3. — *Navar.*, Man., cap. 22, n. 85. — *Sanct.*, lib. 7, disp. 17, n. 13. — ²⁾ Tom. 4, disp. 8, qu. 4, dub. 2, n. 30. — ³⁾ Loc. cit., n. 13. — ⁴⁾ Tr. 10, part. 2, cap. 10, n. 306. — ⁵⁾ Lib. 5, tr. 10, part. 4, cap. 15, n. 2. — ⁶⁾ Loc. cit., n. 5. — ⁷⁾ Lib. 8, disp. 12, n. 13 et 15. — ⁸⁾ Loc. cit., n. 308. — ⁹⁾ Lib. 7, disp. 17, n. 13. — ¹⁰⁾ Lib. 8, disp. 16, n. 8. — ¹¹⁾ Lib. 8, cap. 13, n. 11. — ¹²⁾ Loc. cit., n. 18. — ¹³⁾ Tr. 9, cap. 14, n. 14. — *Gutier.*, de Matr., cap. 123, n. 14 et 15. — *Aversa*, qu. 19, sect. 3, *v. Potest insuper. - Candid.*, disquis. 27, art. un., dub. 9. — ¹⁴⁾ Quaest. regul., tom. 1, qu. 63, art. 1. — ¹⁵⁾ Disp. 44, sect. 7, n. 13. — *Molfes.*, Sum., part. 1, tr. 4, cap. 12, num. 42. — *Alphonsus de Leone*, de Potest. Confessar., part. 2, recoll. 10, n. 225. — ¹⁶⁾ Part. 3, tract. 2, resol. 14. — *Innoc. VIII*, vivae vocis

scopus, nisi cum suis subditis, qui nempe domicilium vel quasi domicilium habent in sua dioecesi; vel cum vagis, qui in sua dioecesi morantur, et alibi domicilium non habent.

1126. - ^{a)} Verius dicendum episcopum dispensare posse solum a proclamationibus et a voto S. Pontifici non reservato. Quoad cetera, requiritur dispensatio pontificia. — Hac in re valent etiam, servatis servandis, illa quae dicta sunt de potestate episcopi in casu necessitatis, *n. 1122 seqq.* — In mortis autem periculo, ab his impedimentis, etiam publicis,

Candido] « de licentia tamen suorum pro- « vincialium, dispensare ad petendum de- « bitum conjugale, propter cognitionem « consanguinei conjugis in secundo gradu « (ut Rodriguez ¹⁴⁾: nullo modo tamen in « impedimento ipso. Vide Martinum Pe- « rez ¹⁵⁾.

« Dixi: *provincialium*; quia, quod Mol- « fesius, Leone, etc. volunt, confessarios « Societatis Jesu habere omnes hanc fa- « cultatem immediate a Patre Generali, « id refutat Diana ¹⁶⁾ ». [Vide dicta *n. 1076, v. Insuper*].

1128. - Quaeritur hic: *an regulares possint dispensare in voto castitatis ad contrahendum matrimonium, si magna urgeat necessitas, nempe si nequeant nuptiae moraliter differri, et aliunde immineret periculum infamiae aut scandalii?*

Communiter docent doctores posse confessarios Mendicantes aliosque religiosos communicantes in privilegiis dispensare in omnibus votis in quibus episcopi de jure ordinario dispensare valent cum suis subditis: ex pluribus privilegiis, nempe Innocentii VIII (in quadam bulla, quam refert Rodriguez); item Martini V, Eugenii IV, Iulii II, Pauli III ^{a)} et Gregorii XIII ^{a)} (qui id extendit etiam ad vota jurata). — Ita Sanchez ¹⁷⁾, Pontius ¹⁸⁾, Lessius ¹⁹⁾, Palaus ²⁰⁾,

oracul., ap. Rodrig., Bullar. regul. sub num. 10; cfr. etiam Rodrig. Quaest. regul., tom. 1, qu. 63, art. 3. — *Martin. V*, habetur in Compend. privil. S. J. v. *Dispensatio*, § 10. — *Eugen. IV*, bulla *Regularem vitam*, § 16, de die 30 Junii 1436, in Bullar. Rom. Mainardi. Cfr. etiam in Bullario regul. Rodriguez bullam ejusdem *Etsi quaslibet*, § 12, de eadem die. — *Julius II*, bulla *Etsi ad universos*, § 82, de die 4 Junii 1507, in Bullar. Rom. Mainardi. — *Paul. III*, brev. *Cum inter cunctas*, de die 8 Junii 1545, in Instituto S. J. — *Gregor. XIII*, brev. *Decet Romanum Pontificem*, de die 8 Maji 1575, in Instituto S. J. — ¹⁷⁾ Decal., lib. 4, cap. 43, n. 3. — ¹⁸⁾ Lib. 8, cap. 10, num. 9. — ¹⁹⁾ Lib. 2, cap. 40, num. 134. — ²⁰⁾ Tr. 15, disp. 2, punct. 13, n. 7; et punct. 12, n. 7.

ex praesumpta R. Pontificis voluntate, dispensare potest, licet consultus esset specialem facultatem obtinere (S. Off. 3 Aug. 1873).

^{b)} Filliuccius de incestu loquitur, *n. 306*, ubi de impedimentis impediuntibus matrimonium *contrahendum*.

1127. - ^{a)} Rodriguez utique haec habet, *Quaest. regul., tom. 1, qu. 63, art. 1*, sed non citatur a Salmant. pro hac assertionem.

1128. - ^{a)} Paulus III et Gregorius XIII, in bullis citatis, concedunt facultatem *commutandi* vota.

Episcopus non potest suam facultatem delegare juxta alios.

Regulares dispensare possunt in votis in quibus episcopi dispensant jure ordinario.

Reiffenstuel¹, Sporer², Elbel³; et Salmant.⁴ cum Navarro, Lopez, Aragon, Fagundez, Trullench, Candido, Villalobos, etc. — Hinc diximus n. 987, v. *An autem*, bene posse regulares dispensare in voto castitatis emisso ante vel post matrimonium ad petendum debitum.

Sed Dubium fit: *An in casu urgentissimae necessitatis*, — sicut possunt dispensare episcopi (juxta dicta de Voto, Lib. III, n. 258, v. *Not. II*) — possint etiam regulares dispensare ad contrahendum matrimonium?

Prima sententia affirmat. Et hanc tenent Reiffenstuell⁵, Vidal⁶, Antonius a Spiritu S.⁷; item Bassaeus, Herincx⁸, Crousers, etc., apud Elbel⁷ (qui probabilem putat), et alii apud Salmant.⁸ (qui pariter vocant probabilem). — Ratio, quia episcopi in casu necessitatis dispensant in voto castitatis jure ordinario, juxta mox dicta n. 1125, v. *Sed communiter*. Unde regulares, qui possunt dispensare in omnibus votis in quibus episcopi jure ordinario dispensant, possunt etiam in eo dispensare urgente necessitate.

Secunda vero sententia communior negat. Et hanc tenent Sanchez⁹, Pontius¹⁰, Barbosa¹¹, Sporer¹², Palaus¹³, Laymann¹⁴, Tamburinius¹⁵; et Salmant.¹⁶ cum Suarez, Leandro, Diana¹⁷, Lezana, Bardi¹⁸, Prado, Moya et Rodriguez. — Ratio, quia regulares possunt tantum dispensare in votis in quibus dispensant episcopi jure ordi-

nario; sed in necessitate episcopi non dispensant jure ordinario, sed extraordinario et per accidens, eo quod agitur de casibus non ordinario, sed extraordinarie contingentibus.

Sed respondent adversarii quod non per hoc quod casus sint extraordinarii, dicendum est quod episcopi dispensant jure extraordinario: nam etiam in his casibus habent potestatem ordinariam, cum ipsa sit annexa eorum officio et dignitati. — Unde non audeo primam sententiam reprobare.

1129. — « Resp. IV^o. Ut licite dispensetur in impedimentis dirimentibus, requiritur justa causa: qualis (secundum « Filiuccium¹⁷) est, v. gr. 1^o. Extinctio matris vel odii inter agnatos. 2^o. Ablatio scandali. 3^o. Inaequalitas matrimonii, nisi consanguineis vel affinis nubatur. 4^o. Defectus dotis competentis. 5^o. Conservatio facultatum in eadem cognatione. 6^o. Merita petentis dispensationem. « Plures vide apud Sanchez¹⁸, Coninck¹⁹, « Hurtadum²⁰, Martinum Perez²¹. — Ubi « notat: 1) Quanto gradus consanguinitatis vel affinitatis est propinquior, tanto « requiri causam graviorem. 2) Saepe plures aggregatas causas sufficere, quarum « singulae non sufficerent. Vide etiam « Diana²².

« Resp. V^o. Si quis dubitet an habeat « impedimentum dirimens, v. gr. contra- « hendi matrimonium cum certa persona

S. Doctor non audeo primam sententiam damnare.

Causae praecipuae dispensationis.

Aliae causae dispensationis.

Quid, in casu dubio de impedimento.

¹ Tr. 6, de Voto, dist. 3, num. 44. — ² Tr. 3, cap. 3, n. 54. — ³ De Voto, n. 274. — ⁴ Tr. 17, de Voto, cap. 3, n. 94. — *Navar.*, Man., cap. 12, num. 79, v. *Undecimo*. — *Ludov. Lopez*, Instruct. consc., part. 1, cap. 50, v. *Ex privilegio*. — *Aragon.*, in 2^a 2^a qu. 88, art. 12, concl. 6. — *Fagund.*, Decal., lib. 2, cap. 45, n. 11, 12 et 15. — *Trull.*, Decal., lib. 2, cap. 2, dub. 44, n. 2. — *Candid.*, disquis. 27, art. un., dub. 1 et 8. — *Villal.*, part. 2, tr. 34, diff. 29., n. 2 et 3. — ⁵ Jus can., lib. 3, decretal., tit. 34, n. 40 et 42. — ⁶ Arca vital., v. *De voto*, inquis. 3, a num. 77. — *Bass.*, v. *Votum VII*, n. 29. — *Crousers*, ad cap. 7 regul. S. Franc., lectio paraenet. 29 post med., v. *Dubitare tamen hoc loco*. — ⁷ De Voto n. 279. — ⁸ Loc. cit., n. 97. — ⁹ De Matr., lib. 2,

disp. 40, n. 9. — ¹⁰ Lib. 8, cap. 10, n. 11. — ¹¹ Alleg. 37, num. 14. — ¹² Tr. 3, cap. 3, num. 74. — ¹³ Tr. 15, disp. 2, punct. 12, n. 7. — ¹⁴ Lib. 4, tr. 4, cap. 8, n. 17. — ¹⁵ Decal., lib. 3, cap. 16, § 4, num. 54. — ¹⁶ Tr. 17, cap. 3, num. 96. — *Suar.*, de Releg., tr. 6, de Voto, lib. 6, cap. 26, a n. 16. — *Leand.*, tr. 9, de Matr., disp. 24, qu. 22. — *Lezana*, Sum., v. *Votum*, num. 21. — *Prado*, cap. 31, qu. 15, num. 56. — *Moya*, tr. 2, disp. 1, qu. 2, num. 22. — *Rodrig.*, Quaest. regul., tom. 1, qu. 61, art. 9, et qu. 63, art. 6. — ¹⁷ Tr. 10, part. 2, cap. 10, qu. 5, a num. 315. — ¹⁸ Lib. 8, disp. 19, a n. 8. — ¹⁹ Disp. 33, dub. 5, n. 45 et seqq. — ²⁰ Disp. 26, diff. 3, num. 12. — ²¹ Disp. 45, sect. 5. — ²² Part. 8, tr. 3, resol. 93.

^{b)} Antonius a Spiritu Sancto, *Director regular.*, tr. 2, disp. 3, n. 84, hanc opinionem probabilem existimat; sed contrariam, ut ipse S. Alphonsus, probabilioris esse dicit.

^{c)} Herincx, part. 3, tr. 4, disp. 4, de Voto, num. 73, hanc opinionem ex aliis dumtaxat refert.

^{d)} Diana, part. 6, tr. 6, resol. 50, haec dumtaxat scribit: « Sed, ut verum fatear, sententia negativa Sanchez, quam ipse [Crousers] impugnat, est communis inter doctores ».

^{e)} Bardi, in bull. *Cruciat.*, part. 2, tr. 7, cap. 2, n. 136 et seqq., non quidem de religiosi privilegiatis, sed de privilegio per bullam Cruciatam concessio loquitur, et concordat.

« et adhibita diligentia sufficienti^{a)}, non « possit intelligere veritatem: probabile « est posse cum ea contrahere sine dispensatione, nisi tamen praesumptio aliqua « stet pro impedimento^{b)}; quia possessio « stat pro libertate contrahendi. Sanchez, « Sancius, Franciscus Lugo, Bardi¹ (contra Laymann et Palaus) ».

Sed vide dicta n. 902, Qu. 3, v. *Dicunt autem*, ubi oppositum tenuimus cum Laymann, Palaus, Lessio, Tournely, Roncaglia, etc.

1130. — Praeter causas quas affert Busenbaum ad licite dispensandum, additur a Salmant.² pro causa: — Instauratio matrimonii bona fide contracti; et etiam mala fide^{a)}, si matrimonium fuerit consummatum vel adsit fama de copula habita. — Item, necessitas auxilii, puta si mulier defectu viri non possit litibus assistere vel filiis suis providere. — Item, aetas feminae excedens annum vigesimum quartum. — Item, periculum perversionis a fide.

Sanch., lib. 8, disp. 6, n. 18. — *Joan. Sancius*, Select., disp. 43, n. 44. — *Franc. Lugo*, Decursus praevius, part. 1, de consc., cap. 2, qu. 31, n. 180. — ¹ Discept. 6, cap. 11, part. 7, § 11, n. 7 et seqq. — *Laym.*, lib. 1, tr. 1, cap. 5, n. 23. — *Palaus*, tr. 1, disp. 3, punct. 8, n. 10. — *Laym.*, loc. cit. — *Palaus*, loc. cit. — *Less.*, Auctor, v. *Matrimonium*,

Item, subministratio majoris pecuniae. — Scribit Concina³, hanc causam pecuniae sibi displicere, ut propter eam dispense Ecclesia in impedimentis: miratur enim quod, postquam Tridentinum dixit dispensationes gratis esse concedendas, doctores assignent pro causa dispensandi, quod illae non dentur gratis. — Sed communiter auctores hanc causam admittunt, ut Sanchez⁴, Salmant.⁵, Palaus⁶ et Papa Benedictus XIV⁷ cum Pallavicino⁸. Et merito; cum hujusmodi compositiones (ut Innocentius X praecipit) non immisceantur cum aliis pecuniis thesauri Cameralis, sed reserventur in Monte Pietatis; et inde non extrahantur, nisi de mandato Pontificis, ut in sola opera pia impendantur. Cum igitur talis pecuniae praestatio in subsidium pauperum erogaetur, fit causa satis justa ut Ecclesia dispense sicut frequenter solet. Nec officit quod mussitent haeretici (ut objicit Pater Concina); nam patenter injuste mussitant^{b)}.

cas. 10, v. *Dico secundo*. — *Cont. Tourn.*, de Dispensat. in specie, part. 1, cap. 17, art. 3, reg. 3, ad 1. — *Roncagl.*, tr. 21, qu. 3, cap. 1, qu. 5. — ² Tr. 9, cap. 14, num. 24. — ³ Diss. 3, cap. 5, n. 9. — ⁴ Lib. 8, disp. 19, n. 35. — ⁵ Loc. cit., n. 26. — ⁶ Tr. 28, disp. 4, punct. ult., § 2, n. 2. — ⁷ Notif. 87, n. 26. — ⁸ Histor. concil. Trid., lib. 23, cap. 8, n. 11.

1129. — ^{a)} Sanchez hic non loquitur de diligenti examine.

^{b)} Joannes Sancius omittit hanc limitationem.

1130. — ^{a)} Maxime si matrimonium fuerit consummatum, etc. Praeterea Salmant. ex causis dispensandi hic enumeratis, primam dumtaxat et ultimam afferunt.

^{b)} Hic addere juvat causas praecipuas dispensandi, quae exponuntur in Instructione S. C. de Prop. Fide, 9 Maji 1877, modo sequenti: « 1^o. *Angustia loci*, sive absoluta, sive relativa (ratione tantum oratrici), cum scilicet in loco originis, vel etiam domicilii, cognatio feminae ita sit propagata, ut alium paris conditionis, cui nubat, invenire nequeat, nisi consanguineum vel affinem; patriam vero deserere sit ei durum. [Augustus reputatur locus qui 300 focos, seu 1500 incolas catholicos non excedit, ex declaratione Pii IX edita die 30 Augusti 1847 per litteras circulares Card. Spinola Pro-Datarii ad Archiepiscopos. Quocirca S. Congr. Conc. declaravit in una Oveten. per Summar. precum, die 16 Decembris 1876: « Angustiam loci non esse desumendam e numero focorum cujusque parociae, sed e numero focorum cujusque loci vel etiam plurium locorum, si non distent ab

invicem ultra milliaria seu 20 minuta]. — 2^o. *Aetas feminae superadulta*, si scilicet 24^m aetatis annum jam [sit] egressa... [satis est si de hac conditione constet, ex S. Poen. 21 Martii 1902]. Haec vero causa haud suffragatur viduae, quae ad alias nuptias convolare cupiat. — 3^o. *Deficientia aut incompetentia dotis*, si nempe femina non habeat actu tantam dotem, ut extraneo aequalis conditionis, qui neque consanguineus neque affinis sit, nubere possit in proprio loco in quo commoratur. Quae causa magis urget, si mulier penitus indotata existat, ut consanguineus vel affinis eam in uxorem ducere, aut etiam convenienter ex integro dotare paratus sit. [Est autem indifferens, utrum dos offeratur a sponso an ab alio, sed ea conditione, ut nubat consanguineo seu affini]. — 4^o. *Lites super successione bonorum jam exortae, vel earumdem grave aut imminens periculum*. Si mulier gravem litem super successione bonorum magni momenti sustineat, neque adest alius, qui litem hujusmodi in se suscipiat, propriisque expensis prosequatur, praeter illum qui ipsam in uxorem ducere cupit: dispensatio concedi solet; interest enim reipublicae, ut lites exstinguantur. Huic proxime accedit alia causa, scilicet, *dos litibus involuta*, cum ni-

Quid requiratur, ut dispensatio non sit subreptitia.

1131. - Notandum autem 1°. Quod, ut dispensatio non sit subreptitia, explicanda sunt omnia impedimenta quae adsunt: item cognatio, si sit carnalis, aut spiritalis: item gradus et linea, si sit recta aut lateralis. — An autem sufficiat exprimere solum gradum remotiorem? Vide infra, n. 1136, Qu. 4.

Notandum 2°. Quod in constitutione Summi Pontificis Benedicti XIV, quae in-

mirum mulier alio est destituta viro, cujus ope bona sua recuperare valeat. Verum hujusmodi causa non nisi pro remotioribus gradibus sufficit. — 5°. *Paupertas viduae*, quae numerosa prole sit onerata, et vir eam alere polliceatur. Sed quandoque remedio dispensationis succurritur viduae, ea tantum de causa, quod junior sit, atque in periculo incontinentiae versetur. [Hodie insuper facile dispensat S. Sedes in gratiam vidui, etiamsi proles non est numerosa]. — 6°. *Bonum pacis*, quo nomine veniunt nedum foedera inter regna et principes, sed etiam extinctio gravium inimicitiarum, rixarum et odiorum civilium. Haec causa adducitur vel ad extinguendas graves inimicitias, quae inter contrahentium consanguineos et affines ortae sint, quaeque matrimonii celebratione omnino componerentur; vel quando inter contrahentium consanguineos et affines inimicitiae graves viguerunt, et licet pax inter ipsos inita jam sit, celebratio tamen matrimonii ad ipsius pacis confirmationem maxime conducet. — 7°. *Nimia suspecta, periculosa familiaritas*, necnon *cohabitatio* sub eodem tecto, quae facile impediri non possit. — 8°. *Copula* cum consanguinea, vel affine, vel alia persona impedimento laborante praehabita, et *praegnantia, ideoque legitimitas prolis*; ut nempe consulatur bono prolis ipsius, et honori mulieris, quae secus innupta maneret. Haec profecto una est ex urgentioribus causis, ob quam etiam plebeis dari solet dispensatio... — 9°. *Infamia mulieris*, ex suspitione orta, quod illa suo consanguineo aut affini nimis familiaris, cognita sit ab eodem, licet suspicio sit falsa: cum nempe, nisi matrimonium contrahatur, mulier graviter diffamata, vel innupta remaneret, vel disparis conditionis viro nubere deberet, aut gravia damna orirentur. — 10°. *Revalidatio matrimonii*, quod bona fide et publice, servata Tridentini forma, contractum est: quia ejus solutio vix fieri potest sine publico scandalo, et gravi damno, praesertim feminae (cap. 7, de *Consanguin.*). At si mala fide sponsi nuptias inierunt, gratiam dispensationis minime merentur, sic disponente Conc. Trid. sess. 24, cap. 5, de *Reform. Matrim.* [Ideo tunc difficilius dispensatio obtinetur, hodie tamen facilius quam olim]. — 11°. *Periculum matri-*

monii mixti, vel coram acahtholico ministro celebrandi. Quando periculum adest, quod volentes matrimonium in aliquo etiam ex majoribus gradibus contrahere, ex denegatione dispensationis ad ministrum acatholici accedent pro nuptiis celebrandis, sprete Ecclesiae auctoritate: justa inventur dispensandi causa, quia adest non modo gravissimum fidelium scandalum, sed etiam timor perversionis et defectionis a fide taliter agentium, et matrimonii impedimenta contemnentium, maxime in regionibus, ubi haereses impune grassantur... Tantumdem dicendum de periculo, quod pars catholica cum acatholica matrimonium celebrare audeat. — 12°. *Periculum incestuosi concubinitus*. Ex instructione S. C. Officii, 14 Aug. 1822, elucet, dispensationis remedium, ne quis in concubinato insordescat cum publico scandalo, atque evidenti aeternae salutis discrimine, adhibendum esse. — 13°. *Periculum matrimonii civilis*. Ex dictis consequitur, probabile periculum, quod illi qui dispensationem petunt, ea non obtenta, matrimonium dumtaxat civile, ut ajunt, celebraturi sint, esse legitimam dispensandi causam. — 14°. *Remotio gravium scandalorum*. — 15°. *Cessatio publici concubinitus*. — 16°. *Excellentia meritorum*, cum aliquis aut contra fidei catholicae hostes dimicatione, aut liberalitate erga Ecclesiam, aut doctrina, virtute, aliove modo de religione sit optime meritus.

« Hae sunt communiores potioresque causae, quae ad matrimoniales dispensationes impetrandas adduci solent ».

1131. - a) Juxta recentem reformationem Romanae Curiae, *Ord. servand. in sacris Congregationibus, etc., part. altera, cap. 7, art. 3, n. 21*, ad valorem rescripti exsequendi, exceptionaliter non postulat veritas causae allegatae pro dispensatione super impedimentis minoribus, a S. C. de Sacramentis concessa: « Dispensationes a minoribus impedimentis conceduntur omnes ex rationabilibus causis a S. Sede probatis. Sic vero concessae perinde valebunt ac si ex motu proprio et ex certa scientia impertitae sint; ideoque nulli erunt impugnationi obnoxiae sive obreptionis vitio sive subreptionis ». Et *ibid. n. 19* recensuit haec gradus minoris impedimenta: « Dispen-

Cessante causa dispensationis quandoque cessat dispensatio.

In dubiis valida censetur dispensatio

explorare veritatem causarum in litteris apostolicis expressarum b).

1132. - Hinc deinceps plures addendae sunt quaestiones valde utiles in praxi quoad hanc materiam dispensationum.

Quaeritur enim 1°. *An cessante causa dispensationis, cesset dispensatio?*

Affirma, si causa cessat antequam dispensatio expediatur; vel antequam fiat ab episcopo, cui a Pontifice commissa fuerit. Secus vero, si causa cesset, dispensatione jam expedita, vel facta ab inferiori, etiamsi cesset ante celebrationem matrimonii. — Ratio, quia per dispensationem jam tollitur impedimentum sive lex relaxatur: cujus obligatio extincta, si cessat postea causa, minime reviviscit. Ita valde probabiliter Pontius¹, Palaus², Suarez²; et Salmant.³ cum Sa⁴ et Silvestro⁵ (contra Sanchez, Dicastillo, etc., qui tamen hoc probabile vocant). Vide etiam dicta *Lib. I, n. 196, v. Quaestio vero*.

1133. - Quaeritur 2°. *Quid autem dicendum, si dubitatur an causa falso allegata fuerit finalis aut impulsiva, vel an causa fuerit vera an falsa?*

Resp. Quod in omnibus his et similibus dubiis valida censenda est dispensatio; quia in dubio standum pro validitate actus. —

¹ Lib. 8, cap. 20, num. 3 et 4. — ² De Legib., lib. 6, cap. 20, num. 15. — ³ Tr. 9, cap. 14, num. 29. — *Sanch.*, lib. 8, disp. 30, n. 14. — *Dicast.*, disp. 8, dub. 5, n. 102. — ⁴ Lib. 8, disp. 21, n. 20 et 25. — ⁵ Tr. 3, disp. 6, punct. 16, § 5, num. 3. — ⁶ Loc. cit., num. 37. — *Dicast.*, disp. 8,

sationes gradus minoris sunt ab impedimentis: a) Consanguinitatis et affinitatis tertii et quarti gradus lineae collateralis, sive aequalis sive inaequalis, hoc est quarti gradus mixti cum tertio, et quarti vel tertii mixti cum secundo; — b) affinitatis in primo gradu et in secundo simplici vel mixto cum primo, ubi hoc impedimentum ex illicito commercio procedat; — c) cognationis spiritualis cujusvis generis; — d) publicae honestatis, sive per sponsalia sive per matrimonium ratum, super quod jam dispensatum sit, fueritque solutum ». — Insuper, de quavis dispensatione a S. Sede obtinenda sic declaratum est, *loc. cit., part. 1, cap. 11, n. 3*: « Utcumque... gratiae validitati nihil unquam officiet error aut fraus circa economicam petentis conditionem ».

b) Novae formulae, post reformatam Curiam, jam non habent sicut antea mandatam informationis, sed tantum postulant veritatem expositorem, prout jam faciebat S. Poenitentiarum, « si ita est » vel « si vera sunt exposita ».

Ita Sanchez⁴, Pontius⁵, Palaus⁶; et Salmant.⁶ cum Dicastillo, Gabriele⁶, etc.

1134. - Quaeritur 3°. *An, cum petitur dispensatio pro matrimonio contrahendo inter propinquos, exprimenda sit copula incestuosa inter ipsos habitata?*

Commune est apud omnes, quod si copula ex parte utriusque fuerit habitata ad facilius obtinendam dispensationem, et copula allegetur pro unica causa consequendi dispensationem; tunc necessario malus ille animus est exprimendus, alias matrimonium erit nullum; quia nemini debet suum crimen prodesse. Tanto magis quod Pontifex movetur ex ea ad imponendam majorem poenitentiam aut pecuniae compositionem, ut sic homines magis a tali crimine avertantur. Ita communiter Sanchez⁷, Palaus⁸ et Salmant.⁸, et alii. — Idque expressum est in bulla Innocentii XII, renovata a Benedicto XIV per bullam *Pastor bonus*⁹, ubi dicitur: *Si qui vero oratores, obtenta dispensatione a Dataria super impedimento primi et secundi, sive secundi dumtaxat gradus consanguinitatis seu affinitatis, cum expressione quidem carnalis copulae, sed tacita, occulta et malitiosa intentione, in ipsa copula habitata, ad facilius obtinendam*

dub. 6, num. 115 et 118. — ⁷ Lib. 8, disp. 25, num. 38. — ⁸ Tr. 9, cap. 14, num. 42. — *Innoc. XII*, constit. *Romanus Pontifex*, § 35, de die 3 Sept. 1692, in Bullar. Rom. Mainardi. — ⁹ Bulla *Pastor bonus*, § 42, de die 13 Aprilis 1744.

1132. - a) Palaus, *tr. 3, disp. 4, punct. 15, n. 7*, scribit tantum: « Quoties dispensatio... conceditur ob causam quae integre tunc existit, nullo modo desinit... ob causae cessationem ». — Sa pariter, *v. Gratia, n. 6*, scribit: « Gratia non perit deficiente causa ex qua concessa ». — Et Silvester, *v. Dispensatio, n. 11, qu. 6*; « Dispensatio semel canonice facta ex superveniente facto non retractatur ».

1133. - a) Pontius contra, *lib. 8, cap. 17, n. 41*, in dubio utrum causa quae exprimitur sit finalis an impulsiva, dicit praesumi finalem. Pariter in dubio utrum sit valida dispensatio, hac regula utendum, ut in dubiis tutior pars eligatur; in opinionibus vero, probabilis eligatur.

b) Gabriel a S. Vincentio, *disp. 9, qu. 9, n. 81*, tractat de solo dubio utrum dispensatio sit valida, et concordat.

1134. - a) Palaus, *tr. 28, disp. 4, punct. ult., § 3, n. 9*, non loquitur de casu quo in utroque adfuerit iste malus animus.

Quaesito responsio datur juxta jus antiquum.

dispensationem, pro revalidatione hujusmodi dispensationis ad dictam Poenitentiarium recurrant: possit idem Maior Poenitentiarius desuper absolute dispensare cum ... personis, explicite affirmantibus, se ... sub illa expressa ... forma miserabilium dispensationes a Dataria obtinuisse. Cum iis vero qui non tamquam pauperes ... dispensati fuerint, non dispensent: nisi soluta prius in Dataria, ad effectum ... erogandi in eleemosynas, taxa definienda arbitrio ejusdem Majoris Poenitentiarium.

Dicunt autem Palaus¹, et Salmant.² cum Hurtado, non teneri oratores praedictam malam intentionem exprimere, si fuerit tantum mente concepta, quia (ut ajunt) tunc crimen pravi illius animi non subiacet potestati ecclesiae. — Sed huic opinioni non acquiesco. Hic enim non agitur de poena, sed de dispensatione, quam bene potest Ecclesia nolle concedere, si crimen pravae intentionis adfuerit; sicut potest Ecclesia in concessione Indulgentiarum excludere non implentes aliquod opus internum, ut docent Suarez³ et Bonacina⁴ cum aliis. Probabilissime vero dicunt Salmant.⁵ cum aliis, quod si in petitione, aliae causae per se jam sufficientes ad obtinendam dispensationem exponantur, et simul exponatur copula praehabita (quae omnino et semper exponi debet, ut n. seq. mox videbimus): tunc non est opus ut allegetur circumstantia malae fidei, nempe quod copula fuerit consummata ad dispensationem facilius impetrandam.

¹ Tr. 28, disp. 4, punct. ult., § 3, n. 9. — ² Tr. 9, cap. 14, n. 42. — *Gasp. Hurtad.*, disp. 26, diff. 5, n. 26, i. f. — ³ De Sacr. Poenit., disp. 52, sect. 5, v. *Et ideo* — ⁴ Disp. 6, de Indulgent., qu. 1, punct. 5, n. 28. — ⁵ Tr. 9, cap. 14, n. 43. — ⁶ Lib. 8, cap. 17, n. 32 et 33. — ⁷ Loc. cit., n. 40. — *Henriq.*, lib. 12, cap. 2, n. 5. — *Perez*, disp. 46, sect. 6, n. 4. — *Gasp. Hurtad.*, disp. 26, diff. 5, n. 23. — *Vega*, Sum. nueva, part. 2,

1135. — *a)* Villalobos, *part. 1, tr. 14, diff. 27, n. 7*, probabilem habet hanc opinionem; ceteroquin, *n. 6*, tenet oppositam pro copula notoria et pro foro externo.

b) Coninck et Rebellus expresse haec tenent, casu quo incestus scienter admissus fuerit.

c) Omnia hucusque dicta de exprimenda copula incestuosa prorsus obsoleta sunt; hodie enim non est amplius necesse exprimi istius-

1135. — Sed redeundo ad quaesitum, dicunt alii valere matrimonium, si sponsi in supplicatione reticuerint circumstantiam copulae, si illa sit praehabita sine prava intentione obtinendi facilius dispensationem. Ita Pontius⁶; et Salmant.⁷ cum Henriquez, Perez, Hurtado, Vega, Villalobos^{a)}, etc.

Sed omnino est tenendum, esse nullum, ut docent Sanchez⁸, Laymann⁹, Palaus¹⁰; item Coninck^{b)}, Diana, Gutierrez, Rebellus^{b)}, Filliuccius, etc. apud Salmant.¹¹. — Et de hoc hodie non est amplius dubitandum, ex bulla citata *Pastor bonus* S. Pont. Benedicti XIV¹², ubi dicitur: *Quod si ... obtinuerint a nostra Dataria dispensationem super gradu prohibito in primo et secundo, vel in secundo tantum, ac etiam in tertio vel quarto, cum reticentia copulae inter eos secutae, quam sine honoris detrimento detegere non valeant ...; possit idem Major Poenitentiarius, si copula sit adhuc secreta, hujusmodi dispensationem, seu respective revalidationem in foro conscientiae tantum concedere; facta, quando agitur de primo et secundo, vel secundo tantum gradu, compositione quinquaginta ducatorum auri de Camera, ad Datariam transmittendorum ...; nisi prior gratia expedita fuisset in forma pauperum.* — Ex his attende quod Papa dicendo *possit revalidationem concedere*, non habet pro validis matrimonia cum tali reticentia contracta: tanto magis quod in gradibus mox supra descriptis dispensatio propter solutionem relatam difficilius redditur^{c)}.

cap. 34, cas. 97, not. 1. — ⁸ Lib. 8, disp. 25, n. 8. — ⁹ Lib. 1, cap. 22, num. 13, v. *Dico...* III. — ¹⁰ Tract. 28, disp. 4, punct. ult., § 3, n. 4. — *Coninck*, disp. 33, dub. 6, n. 83. — *Diana*, part. 4, tr. 4, resol. 135 (retractans quae dixerat, part. 1, tr. 10, resol. 44). — *Gutierrez*, de Matr., cap. 124, n. 12. — *Rebell.*, part. 2, lib. 3, qu. 5, sect. 4, n. 24. — *Fill.*, tr. 10, part. 2, cap. 10, n. 336. — ¹¹ Loc. cit., n. 39. — ¹² § 41.

modi copulam in petitione dispensationis, juxta Instructionem S. O. 25 Junii 1885, jussu Leonis XIII editam, in qua statuitur et declaratur « dispensationes matrimoniales posthac concedendas, etiamsi copula incestuosa, vel consilium et intentio per eam facilius dispensationem impetrandi, reticita fuerint, validas futuras ». — Isuper constitutio *Sapienti Consilio* de Romana Curia 29 Junii 1908 plura reformavit quoad competentiam diversarum

1136. — Quaeritur 4^o. *An possit manifestari remotior gradus consanguinitatis vel affinitatis reticendo propinquorem?*

Propin-
quior gra-
dus reticere
potest.

Affirmant Sanchez¹, Pontius² et Salmant.³; ac Silvius ac Pontas, apud [Contin.] Tournely⁴. — Idque inferunt ex quodam Motu proprio S. Pii V *Sanctissimus*, ubi dictum fuit quod dispensatio sine gradus propinquioris mentione obtenta (nempe si sponsi sint conjuncti in quarto et tertio gradu) de subreptionis vel obreptionis vitio notari non possit, obtentis tamen postea litteris declaratoriis super propinquiori. Unde dicunt quod hujusmodi litterae (quibus declaratur quod gradus propinquior non obstat matrimonio) requiruntur tantum in foro externo ad vitandum scandalum, non vero si scandalum absit.

Hinc, contra Corradum, Tournely^{a)}, Anacleum^{a)}, etc., qui dicebant matrimonium esse nullum sine praefatis litteris, declaravit Benedictus XIV in brevi *Etsi matrimonialis*, dato 27 Sept. 1755, matrimonium esse quidem illicitum, sed non invalidum: modo propinquitas non sit primi aut secundi^{b)} gradus consanguinitatis vel affinitatis^{c)}. — Praeterea recte ad-

Limitatio.

¹ Lib. 8, disp. 24, n. 25 et 28. — ² Lib. 8, cap. 17, n. 26. — ³ Tr. 9, cap. 14, n. 46. — *Silvius*, in Suppl., qu. 54, art. 4, v. f. — *Pontas*, v. *Dispensatio matrimonii* cas. 13. — ⁴ De Dispens. in specie, part. 1, cap. 4, art. 1, v. *Observandum 2. quod...* — *S. Pius V*, Declarat. *SSmns in Christo*, de die 20 Aug. 1566, in Bullar. Rom. Mainardi. — *Corradus Pyrrhus*, Prax. dispensat., lib. 7, cap. 7, n. 71. — ⁵ Loc. cit., v. *Observandum 2. in gradu.* — ⁶ Diss. 3, cap. 5, n. 23. — ⁷ Loc. cit., n. 47 et 48. — *Coninck*, disp. 33, num. 87 et 88. — *Aversa*, qu. 19, sect. 6, v. *Demum.* —

Congregationum; nempe Dataria, Secretaria Brevium, S. Congr. pro negotiis extraordinariis et S. C. de Prop. Fide (pro personis ritus latini) sua destitutae sunt potestate relate ad dispensationes matrimoniales. Item S. Poenitentiarie competentia ad solum forum internum restringitur. Nunc, pro foro externo, si de regionibus agitur et personis pertinentibus ad ritus orientales, competens est S. C. de Prop. Fide pro negotiis ritum orientalium. Pro regionibus et personis ritus latini competentes sunt: 1^o Congr. S. Off. ad quam spectat dispensare super disparitate cultus et mixta religione; 2^o S. C. de sacramentis, quae dispensat super reliquis impedimentis fori externi, tam pro pauperibus quam pro divitibus; 3^o S. C. negotiis religiosorum praeposita, cui pertinet dispensare super voto ca-

vertit [Contin.] Tournely⁵, quod in gradu mixto exprimi debet sexus qui est in primo gradu; quia difficilius conceditur ut nepos ducat amitam, quam patruus ducat nepem: major enim perversio ordinis est ut nepos constituatur suae amitae caput.

1137. — Quaeritur 5^o. *Si quis petat secundam dispensationem in eadem materia post primam alias obtentam, an primam exprimere debeat?*

Respondetur affirmative, quando impedimentum est ex eodem crimine; quia relapsus retrahit superiorem a dispensando. Secus, si impedimentum non sit ex aliquo crimine, vel sit ex crimine diverso. — Ita Concina⁶ cum communi; et Salmant.⁷ cum Coninck et Aversa.

1138. — Quaeritur 6^o. *An, si quis habeat plura impedimenta affinitatis ejusdem gradus, puta si cognoverit duas sorores suae sponsae, debeat in supplicatione dispensationis utramque copulam exprimere?*

Negant Vega, Henriquez, Ledesma et Manuel, apud Escobar⁸. — Sed probabilius affirmant Sanchez⁹, Pontius¹⁰, Concina¹¹, Analectus¹²; Salmant.¹³ cum Aversa et Palaos; et Escobar¹⁴ cum Molina, Hur-

Vega, Sum. nueva, part. 2, cap. 34, cas. 98, in fine. — *Henriq.*, lib. 12, cap. 10, n. 3, lit. n. — *Petr. Ledesm.*, Sum., de Matr., cap. 27, concl. 6, dub. 2. — *Man. Roar.*, Sum., part. 1, cap. 236, n. 1. — ⁹ Lib. 27, n. 747. — ¹⁰ Lib. 8, disp. 24, n. 5. — ¹¹ Lib. 8, cap. 17, n. 25. — ¹² Diss. 3, cap. 5, n. 23. — ¹³ Tr. 14, dist. 14, n. 165. — ¹⁴ Tr. 9, cap. 14, num. 51. — *Aversa*, qu. 19, sect. 5, v. *Tertio.* — *Palaos*, tr. 28, disp. 4, punct. ult., § 3, n. 1. — ¹⁵ Loc. cit., n. 748 et 749. — *Molina*, de Just. et Jure, tr. 2, disp. 161, n. 5, in fine.

statis, quoad sodales religiosos utriusque sexus.

1136. — *a)* Contin. Tournely, *loc. cit.* v. *Quia tamen*; Anacleus, in 4 *decretal.*, *Append. n. 172*, negant utique posse valide exsequi dispensationem, sine hujusmodi litteris declaratoriis, sed pro foro externo tantum, et (addit Collet) in locis ubi dicta brevina sunt recepta.

b) Primus tantum gradus excipitur a Benedicto XIV, sicut pariter excipiebatur in Piana declaratione. Et habetur, non quidem in brevi *Etsi matrimonialis*, quod est 30 Sept. 1755, sed in decreto *Cum super* § 6, de die 27 Sept., huic brevi annexo.

c) Hodie tamen graves auctores dicunt proximiorum gradum coram S. Poenitentiarie semper esse exprimendum, sub poena invaliditatis.

Petens secundam dispensationem in eadem materia, primam quandoque exprimere debet.

Numerus impedimentorum exprimendus.

tado, Coninck, Villalobos, Diana ^{a)}, Leandro ac Rota Romana. Ratio, quia in simplici non comprehenditur mixtum; et licet haec impedimenta non sint specie diversa, sunt tamen numero distincta. Et de hoc hodie non amplius dubitandum; nam sic omnino tenendum esse declaravit Benedictus XIV in brevi *Etsi matrimonialis*, jam supra relato, n. 1136. — Et idem dicendum de aliis impedimentis consanguinitatis, cognationis spiritualis, publicae honestatis, etc.; ut Sanchez ¹ et Anacleus ².

1139. - Quaeritur 7^o. *An, si concurrant plura impedimenta, possit divisim impetrari eorum dispensatio?* — Adest triplex sententia:

Prima sententia affirmat. Et hanc tenent Salas, Rodriguez et Sà, apud Salmant. ³; et probabilem vocant ibi Villalobos, Dicastillus et alii. — Quia nullibi ex jure habetur requiri quod impedimenta simul exponantur.

Secunda sententia negant: quam tenent Sanchez ⁴, Pontius ⁵, Palaus ⁶, Concina ⁷; et Escobar ⁸ cum Suarez, Laymann, Perez et Gutierrez; item Diana, Dicastillus ac Leander, apud Salmant. ⁹ — Tum quia sic habet praxis curiae; tum quia unum impedimentum cum altero conjunctum difficilius dispensatur.

Tertia sententia probabilior, quam tenent Salmant. ¹⁰ (cui non dissentiant auctores ^{a)} secundae), distinguit. — Et dicit quod si impedimenta disparate se habent, et unum ex altero non augetur (ut votum et consanguinitas, aut consanguinitas et machinatio): tunc sufficit divisim obtinere

Gasp. Hurvad., disp. 26, diff. 6, n. 28. - *Coninck*, disp. 33, n. 81. - *Villal.*, part. 1, tr. 14, diff. 27, n. 1. - *Leand.*, disp. 24, qu. 37. - *Rota Rom.*, Inter noviss. divers., part. 3, lib. 1, decis. 117; et lib. 2, decis. 70. - *Bened. XIV*, Decret. *Cum super*, § 6, 27 Sept. 1755, post breve *Etsi matrimonialis*. — ¹ Lib. 8, disp. 24, n. 5. — ² Tr. 14, dist. 14, n. 165. — *Salas*, de Legib., disp. 20, sect. 15, n. 122. - *Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 236, n. 1. - *Sà*, v. *Dispensatio*, n. 16. - ³ Tr. 9, cap. 14, n. 52. — *Villal.*, loc. cit., n. 4. - *Dicast.*, disp. 8, dub. 8, n. 146. — ⁴ Lib. 8, disp. 23, n. 2. — ⁵ Lib. 8,

dispensationem. — Secus, si impedimenta sint talis rationis, ut afferant conjuncta majorem repugnantiam ad matrimonium contrahendum (puta si quis vult ducere consanguineam, cujus sororem turpiter cognoverit): tunc enim difficilius redditur dispensatio. Excipiunt ^{b)} Coninck et Aversa apud Salmant. ¹¹, si justa detur causa separandi, ut si unum impedimentum esset publicum et aliud secretum, quod infamiam possit afferre (nempe si quis vult ducere consanguineam, cujus sororem occulte cognovit): tunc enim, ne infamentur contrahentes, bene possunt divisim dispensationem petere. Et talem testatur Aversa, esse stylum curiae. Sed id intelligendum tantum respectu ad dispensationem obtinendam a Dataria ^{c)}, puta ob publicum impedimentum consanguinitatis cum sponsa; nam quoad dispensationem impedimenti occulti propter copulam cum ejus sorore, juxta nostram sententiam, saltem in supplicatione ad Poenitentiarium debent ea impedimenta simul exponi, cum simul exposita jam (ut diximus) dispensationem reddant difficiliorem.

1140. - Quaeritur 8^o. *An, si quis, post obtentam dispensationem super impedimentum occultum affinitatis, iterum habuerit rem cum eadem consanguinea sponsae antequam eam duxerit, nova indigeat dispensatione?*

Si dispensatio non adhuc fuerit exsecuta ab eo cui commissa est, conveniunt omnes non indigere. Ita Contin. Tournely ^{a)} et Elbel ¹². Quia tales dispensationes non sortiuntur effectum a die expeditionis, sed a tempore executionis. — Si tamen jam

cap. 17, a n. 21. — ⁶ Tr. 3, disp. 6, punct. 16, § 4, n. 10 et 11. — ⁷ Diss. 3, cap. 5, n. 23. — ⁸ Lib. 27, n. 745. - *Suar.*, de Legib., lib. 6, cap. 24, n. 2 et seqq. - *Laym.*, lib. 1, tr. 4, cap. 22, n. 19. — *Perez*, disp. 46, sect. 4, n. 5. - *Gutier.*, de Matr., cap. 123, n. 22. — *Diana*, part. 1, tr. 10, resol. 39. - *Dicast.*, disp. 8, dub. 8, n. 146. - *Leand.*, disp. 24, qu. 35. — ⁹ Tr. 9, cap. 14, n. 53. — ¹⁰ Loc. cit., n. 54. — *Coninck*, disp. 33, n. 78. - *Aversa*, qu. 19, sect. 5, v. *Oportere et juxta has*. — ¹¹ Tr. 9, cap. 14, n. 54. — ¹² *De Matr.*, n. 506.

1138. - ^{a)} Diana non bene citatur ab Escobar; etenim, *part. 8, tr. 3, resol. 60*, utramque opinionem tantum refert.

1139. - ^{a)} Quin imo aliqui ex dictis auctoribus expresse hanc tenent: Pontius, Palaus, Laymann, Perez.

^{b)} Ita sane dicunt Coninck et Aversa apud Salmant., sed revera id tenent cum eadem explicatione quam affert S. Alphonsus.

^{c)} Vide supra not. c ad n. 1135.

1140. - ^{a)} Contin. Tournely de *Dispensat. in specie, part. 1, cap. 17, art. 1, v. Si vero*

fuerit exsecuta, affirmant Habert ¹, et Elbel ² ex Gobat ^{b)}. Quia executor solum dispensare potest in impedimento contracto, non autem in contrahendo; maxime cum in litteris S. Poenitentiarie soleat committi facultas cum clausula *ut dispenset hac vice*.

Ne quidem in casu ubi dispensatio jam fuerit exsecuta.

Verum probabilius non requiritur nova dispensatio, ut dicunt ^{c)} Sanchez ³ cum Gutierrez, Corduba et Manuele; ac Contin. Tournely ⁴ cum Anacleto et Corrado, qui de hoc afferre expressam declarationem S. Congregationis. — Ratio, quia affinitas illa jam sublata est per dispensationem quoad hunc effectum contrahendi matrimonium; et hoc videtur denotare clausula illa *hac vice*, si forte verum est quod talis clausula soleat apponi: quod nescio. — Caeterum ipsa S. Poenitentiarie in praxi hanc nostram sententiam sequitur, ut ego ipse observavi in quodam authentico ejus rescripto, edito die 21 Sept. 1752, ubi sic responsum fuit: *S. Poenitentiarie ad praemissa respondet quod si orator alias super eodem primi affinitatis gradus impedimento ad matrimonium contrahendum cum muliere de praesenti ejus conjuge fuerit dispensatus, etiamsi ipse post obtentam gratiam, atque ante matrimonii celebrationem denuo cum supradictae mulieris matre relapsus sit, nova dispensationis non indigere*.

¹ De Legib., cap. 11, qu. 4, v. *Ex hac responsione*. — ² De Matr., n. 507. — ³ Lib. 8, disp. 25, n. 4. - *Gutier.*, Canon. quaest., lib. 1, cap. 15, n. 24. - *Corrad.*, Tratt. de casi, qu. 45, i. f. v. *Al suddetto*. - *Man. Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 236, n. 7. — ⁴ De Dispensat. in specie, part. 1, cap. 17, art. 1, v. *Si vero partes*. - *Anacl.*, lib. 4, Append., num. 198. - *Corrad. Pyrrhus*, Prax. dispensat., lib. 8, cap. 1, n. 43. — ⁵ Prax. dispensat., lib. 8, cap. 1, num. 51 et 52. — ⁶ Notif. 87, n. 51. - *Fill.*, tr. 10, part. 2,

Et hoc valet etiam quoad dispensationem obtentam a Dataria, atque executam in impedimento consanguinitatis: modo dispensatio non sit impertita *in forma pauperum*. — Ita Corradus ⁵ et Sanchez ^{d)} cum aliis.

Dicit autem Benedictus XIV ^{e)} ex Filiuccio, Clericato et Tamburino, quod si, obtenta dispensatione S. Poenitentiarie in foro conscientiae, impedimentum detectum fuerit in foro externo, et conjuges nullas afferre possint probationes quod matrimonium ita sit contractum: tunc episcopus, parochus et iudex debent ^{e)} acquiescere testimonio confessarii fidem facientis de dispensatione impetrata.

1141. Quaeritur 9^o. *An, si post obtentam dispensationem super gradu prohibito, antequam illa executioni mandetur, intercesserit copula inter sponso, nova requiratur dispensatio?*

Negant alii, ut Ovandus, Sà, etc., apud Sanchez ⁷. — Sed verius affirmant Sanchez ⁸ cum Gallego, Gutierrez, etc. Ratio, quia stylus curiae sic obtinuit, ut incestus hic declaretur ^{a)}; illo enim manifestato, Pontifex majorem imponit poenitentiam, amplioemque compositionem pecuniae exigit. Et sic etiam declaravit S. Congregatio mense Maji 1635 (apud Pittonum ⁹), ubi dictum fuit: *Qui obtinuit litteras dispensationis super gradu prohibito con-*

Respondetur juxta jus antiquum.

n. 358. - *Clericat.*, de Matr., decis. 40, n. 34. - *Tambur.*, de Matr., tr. 2, cap. 18, § 6, num. 2. — *Ovandus*, in 4, dist. 41, propos. 11, coroll. - *Sà*, v. *Dispensatio*, num. 10 (edit. genuin.). — ⁷ Lib. 8, disp. 25, num. 6. — ⁸ Loc. cit., n. 8. - *Gallego*, de Cognat. spirit., cap. 24, n. 16 et seqq. - *Gutier.*, Canon. Quaest., lib. 1, cap. 15, n. 21; et lib. 2, cap. 15, num. 133. — ⁹ Decis. pro Matrim., num. 878; cfr. etiam Monacelli Formular., tom. 2, tit. 16, form. 2, num. 30.

partes, de alio casu loquitur, videlicet de casu quo consanguinei inter se copulam incestuosam ante petitam dispensationem habuerint et in supplicii libello expresserint ac in idem scelus ante fulminationem dispensationis relapsi fuerint.

^{b)} Gobat, *tr. 9, n. 743*, et in *Quinar.*, *tr. 5, cap. 37, a n. 197*, non adducitur ab Elbel pro casu quo dispensatio jam executioni mandata est.

^{c)} Omnes auctores hic allegati hanc sententiam tenent loquentes de alio casu, quo scilicet ipsi sponsi inter se copulam habuerint, cum essent consanguinei. At de casu

nostro Sanchez, *disp. 24, n. 8*, idem tenet quod Habert et Elbel.

^{d)} Id apud Sanchez reperire nequivi. Corradus vero hic loquitur de casu quo iterum se carnaliter cognoverunt ante executionem litterarum; licet antea locutus sit etiam de casu quo litterae executioni mandatae jam fuerunt.

^{e)} Filiuccio et Tamburinus dicunt *posse*, Clericatus vero et Benedictus XIV dicunt *debere* acquiescere ejusmodi testimonio.

1141. - ^{a)} Id tamen locum non amplius habet, cum possit reticere copula in petitione dispensationis, ex Instructione S. O. superius relata, not. c ad n. 1135.

sanguinitatis et illis non praesentatis contraxit, vel carnaliter (nota) sponsam cognovit; non potest absque nova dispensatione in matrimonio permanere. Et idem eruitur ex dictis in *Quaest. 3, n. 1134.*

Probabiliter vero ait Sanchez¹ quod, licet dispensatio fuerit concessa cum clausula *modo copula non interfuerit*: tamen si illa habeatur post executionem dispensationis, tunc non requiritur nova dispensatio; quia sufficit ad ejus valorem quod ante illam copula non intervenerit.

1142. - Quaeritur 10^o. *An, si contra-hentes sint diversae dioecesis, unusquisque debeat a proprio episcopo dispensari?*

Affirmant Sambovius, Gibertus, etc., apud Contin. Tournely². - Sed negat probabiliter^{a)} ipse [Contin.] Tournely³ cum episcopo Tutelensi. Ratio quia, cum episcopus aufert a suo subdito impedimentum, habilem eum reddit ad contrahendum cum altero impedito: sicut si quis haberet facultatem dispensandi in aliquo gradu, dispensando cum suo subdito dispensaret etiam cum extraneo; unde hic extraneus bene poterit tunc contrahere coram parcho alterius, cum quo dispensavit episcopus.

1143. - Quaeritur 11^o. *Quae sint clausulae, solitae apponi in dispensationibus a S. Poenitentiaris?*

Clausula 1^a. *Si ita sit a)*. - In hoc, bene ajunt Sanchez⁴, Cabassutius⁵ fidem esse adhibendam poenitenti: nisi delegatus certe sciat oppositum ex notitia extra con-

fessionem accepta. - Dicit autem Sanchez⁶ cum Valentia quod si petatur dispensatio super voto castitatis, non sufficit ad dispensandum sola tentatio vel periculum labendi tantum semel vel iterum; sed requiritur ut vovens sit in periculo saepius violandi votum. Sed melius censet Contin. Tournely⁷ cum Pontas^{b)}, sufficere, si quis propter gravem tentationem sit in probabili periculo etiam unius lapsus; quia per unum lapsum jam castitas amittitur.

2^a. *Audita prius sacramentali confessione.* Juxta igitur hanc clausulam, necessaria est confessio^{c)}. - Neque huic revera contradicit Sanchez⁸, ut putat [Contin.] Tournely⁹: nam tempore quo scripsit Sanchez haec clausula non apponebatur; et ideo dixit non requiri confessionem. Sed ipsemet Sanchez subdit ibid. quod confessio esset necessaria, si talis clausula apponeretur.

3^a. *Sublata occasione peccandi.* - Intelligitur: Si occasio sit *voluntaria*, quae de facto est tollenda: si vero *necessaria*, auferatur saltem ex animo, reddendo illam ex proxima remotam per debita media adhibenda; ut recte explicat [Contin.] Tournely¹⁰.

4^a. *Dummodo impedimentum sit occultum.* - De hac clausula, vide dicta n. 1111.

5^a. *Injuncta ei gravi poenitentia.* - Intelligitur: juxta vires poenitentis, ut bene notat idem [Contin.] Tournely¹¹ cum Tiburtio Navarro^{d)}: qui dicit posse injungi ex. gr. per sex menses jejunium semel in

qu. 6, punct. 7, v. *Tertium dubium.* - ¹ Loc. cit., art. 2, v. 2. *Confessarium.* - ² Lib. 8, disp. 34, n. 29. - ³ Loc. cit., art. 2, v. *Secunda clausula.* - ⁴ Loc. cit., v. *Tertia clausula.* - ⁵ Loc. cit., v. *Quarta clausula.* - *Tiburt. Navar.*, Manuduct. ad praxim S. Poenit., part. 2, cap. 2, v. *Quarta.*

lutio sacrilege suscepta, sicut pluries declaratum est a S. Poenitentiaris; si vero urgens aliqua necessitas suadeat ut, denegata absolutione sacramentali, dispensatio fulminetur, confessarius nihilominus absolvat a poenis et censuris ob delictum forsan incursis, puta si in dioecesi casus foret reservatus. Ast, vi rescripti, non potest absolvere ab aliis poenis et censuris, quibus poenitens irretitus foret.

^{d)} Et sic monuit ipsa S. Poenit. die 9 Apr. 1890. Exsecutor «in praefiniendae poenitentiae qualitate, gravitate, duratione, etc., neque

hebdomada, vel recitatio rosarii ter in hebdomada^{e)} aut frequens confessio (saltem semel in mense), orationes, lectio spiritalis, etc. - Quod si poenitens propter crimen, super quo petitur dispensatio, jam satisfecerit poenitentiae, dicit [Contin.] Tournely¹, illius praeviae satisfactionis bene habendam esse rationem; unde confessarius tunc poenitentias in brevi romano praescriptas moderari debet. - Si vero dispensationi concessae sit a Poenitentiaris annexa quaedam species commutationis, nempe confessio semel in mense: haec a confessario omnino est imponenda, ut idem [Contin.] Tournely² et Benedictus XIV³ cum Syro^{f)}.

6^a. *Praesentibus laceratis, sub poena excommunicationis latae sententiae.* - Haec laceratio statim facienda est; sed intellige moraliter, nempe saltem infra triduum post dispensationem executam (juxta dicta n. 856, v. *Quod impubes*). - Si autem in litteris non sit apposita clausula lacerationis (prout non apponitur^{g)} quando matrimonium nondum est contractum): tunc non est obligatio eas lacerandi; sed hujusmodi dispensatio debet a parcho caute adnotari in libro (qui non possit ab alio aspici), ad hoc ut ipse possit requisitus postmodum, si opus erit, fidem facere de dispensatione impetrata.

1144. - Quaeritur 12. *In quibus impedimentis, S. Poenitentiaris habeat facultatem dispensandi?*

Ad hujus quaesiti declarationem, quae multum potest prodesse ad praxim parchorum et confessariorum^{a)}, hic operae pretium duxi adnotare quae habentur in bulla Summi Pontificis Benedicti XIV, quae incipit: *Pastor bonus*, edita die 13 Aprilis 1744, ubi confirmata et inserta est

¹ De Dispens. in specie, part. 1, cap. 17, art. 2, v. *Quarta clausula.* - ² Loc. cit., n. 2. - ³ Notif. 87,

severitatis neque humanitatis limites excedat, rationemque habeat conditionis, aetatis, infirmitatis, officii, sexus, etc. eorum quibus poena irroganda injungitur».

^{e)} Tiburtius Navarrus et Cont. Tournely dicunt poenitentiam hanc posse esse jejunium, consideratis semper statu, qualitate, sexu et aetate poenitentis. De rosario autem dicit: «Recitatio tertiae partis rosarii per tres menses, tribus diebus qualibet hebdomada».

bullae Innocentii XII (emanata 3 Septemb. 1692, incipiens: *Romanus Pontifex*).

Ibi, § 39, pro matrimoniis nondum contractis sic habetur: *In matrimoniis contrahendis, possit idem Major Poenitentiaris in foro conscientiae tantum, super impedimentis occultis quae matrimonium non dirimunt, dispensare vel dispensari mandare.* Hujusmodi autem impedimenta tantum impediunt, hodie (ut diximus supra) ad tria reducuntur, nempe votum, sponsalia et Ecclesiae vetitum. - Quo vero ad impedimenta dirimentia, sic ibi traditur: *At a dispensationibus... super quocumque impedimento ex quovis gradu, sive consanguinitatis sive affinitatis ex copula licita, seu ex cognatione spiritali proveniente, etiam in foro conscientiae tantum, tametsi impedimentum sit occultum et periculum scandalorum imminet, in iisdem matrimoniis contrahendis abstineat.*

Circa vero impedimenta in matrimoniis jam contractis, § 40, sic dicitur: *In contractis vero matrimoniis, a dispensatione seu matrimonii revalidatione in gradibus primo et secundo, seu secundo tantum, consanguinitatis vel affinitatis ex copula licita, etiam in occultis, pariter abstineat: praeterquam si in secundo tantum gradu praedicto, impedimentum saltem per decennium duraverit occultum, et oratores simul publice contraxerint et convixerint, et uti conjuges legitimi reputati fuerint. In tertio autem et quarto gradibus occultis, in contractis possit dispensare; atque etiam in iisdem tertio et quarto gradibus publicis, possit revalidare matrimonia, ex causa subreptionis et obreptionis occultae litterarum apostolicarum, nulliter contracta:*

n. 36. - *Syrus*, Dilucidat. facult., part. 2, § 2, v. *Decimo tertio.*

^{f)} Notant hodie auctores dispensationem etiam valere etsi oratores poenitentiam acceptare renuerint aut animum eam adimplendi non habeant.

^{g)} Dicendum potius clausulam lacerationis semper apponi in rescriptis S. Poenit., prout ipse Benedictus XIV, in bulla *Pastor bonus*, § 45, praecepit apponi.

1144. - ^{a)} In praxi, pro quovis impedimento occulto licet ad S. Poenit. recurrere,

Facultas S. Poenitentiaris in matrimoniis contrahendis.

In matrimoniis contractis et revalidandis.

Si contra-hentes sunt diversae dioecesis non debet unusquisque ab episcopo dispensari.

Clausulae solitae apponi in dispensationibus a Sacra Poenitentiaris.

¹ Lib. 8, disp. 25, num. 5. - *Sambov.*, Decis. casuum consc., tom. 1, cas. 76. - *Gibert.*, Consult. canon. sur le sacrement de Mariage, tom. 2, consult. 65. - ² De Dispensat. in specie, part. 1, cap. 17, art. 3, v. *Quaeres 1.* - ³ Loc. cit. - ⁴ Lib. 8, disp. 34, n. 21. - ⁵ Lib. 3, cap. 27, n. 10. - ⁶ Lib. 8, disp. 20, n. 18 i. f. - *Valent.*, in 2^{am} 2^{ae}, disp. 6,

1142. - ^{a)} Vide notam e ad lib. 1, append. 2, de *Privilegiis*, n. 57.

1143. - ^{a)} Reformatio Curiae nihil immutavit circa clausulas apponi solitas a S. Poenit.

^{b)} Pontas, etsi a Collet ita citetur, ipse tamen, v. *Dispensatio votorum* i. g. *cas. 6*, dicit tantum eum posse petere dispensationem eaque uti, qui «ob incontinentiae periculum vellet nubere».

^{c)} Non requiritur tamen absolutio sacramentalis, si poenitens forsan non sit dispositus. Nec validitati dispensationis officit abso-

praeterquam si falsitas consistat in narratione praecedentis copulae, quae antea revera non intercesserat. — Et ratio hujus est, quia in reconvalidatione matrimonii nullius propter copulam falso expositam, non redundat infamia in contrahentes.

Deinde super affinitate ex copula illicita, § 43, dicitur: *Super impedimento occulto affinitatis ex copula illicita, quotiescumque adsit rationabilis causa, licet periculum... scandalorum non immineret... in matrimoniis tam contractis quam contrahendis, in foro conscientiae dispensare et dispensari mandare... valeat.*

In specie, relate ad affinitatem ex copula illicita.

Et impedimentum criminis.

Super impedimento autem criminis, § 44: *Super occulto impedimento criminis adulterii, si fuerit cum fide data dumtaxat, neutro machinante, commissum, possit tam in contrahendis quam in contractis matrimoniis dispensare. Si vero crimen... fuisset, utroque vel altero machinante, patratum, possit in occultis pariter dispensationem concedere; raro tamen, et quando necessitas postulaverit, ratione alicujus gravis imminentis periculi, quod prudentia Majoris Poenitentiarum, re praesertim discussa in Congregatione vel Signatura, arbitrandum erit.*

Demum in § 57 noster Summus Ponti-

fex confirmat ^{b)} omnia privilegia et indulta S. Poenitentiarum concessa, etiam vivae vocis oraculo, ab aliis Pontificibus. Et idem Benedictus ¹ refert Innocentium XII declarasse vivae vocis oraculo S. Poenitentiarum esse concessas ^{c)} omnes facultates ad ejus forum pertinentes, exceptis iis, quae in sua bulla Romanus exceptae fuerant.

1145. — Insuper notandum ¹º. Quod ad dispensationem obtinendam non requiritur consensus ejus cui prodesse debet; quamvis, ut prosit, ab ipso postea acceptanda sit ^{a)}. Ita Sanchez ² et Salmant. ³. — Qui addunt quod si idem impedimentum afficit utrumque sponsum, sufficit pro uno dispensationem impetrare; secus vero si impedimentum afficiat unum independentem ab impedimento alterius.

1146. — Notandum ²º. Quod, cum petitur dispensatio a Dataria ^{a)}, exprimendum est nomen, cognomen, dioecesis originis et domicilii tantum, si orator ibi habeat perfectum domicilium; idem utraque dioecesis sponsi et sponsae, si ipsi diversas dioeceses habeant. — Quando vero petitur a S. Poenitentiarum, tacentur nomina et alia; sed tantum exprimitur persona et locus quo litterae sunt dirigendae ^{b)}.

Aliqua notanda.

Formula ad petendam dispensationem super affinitate ex copula illicita pro matrimonio contrahendo.

1147. — Hic refert ad praxim confessorii adnotare formulam supplicationis, ad impetrandam a S. Poenitentiarum dispensationem impedimenti, ad contrahendum sive reconvalidandum matrimonium, vide licet:

Intus: *Eminentissimo e Reverendissimo Signore* ^{a)}.

N. N., avendo avuto copula con una donna, si ritrova aver data parola di matrimonio ad N. N., sua sorella; e perchè l'impedimento è occulto, e non succedendo il detto matrimonio ne verrebbe

*molto scandalo, supplica perciò l'Eŕza Sua a volergli concedere la dispensa. La risposta si degnerà di mandarla a Napoli (o pur... per la posta di Napoli, a Nola) in testa di... hic exprimitur nomen et cognomen illius ad quem rescribendum erit). — Si autem petitur dispensatio voti castitatis: *N. N., si ritrova aver fatto voto di castità; ma perchè sta in grave pericolo d'incontinenza, prega pertanto l'Eminenza Sua a dispensare nel suddetto voto, affine di poter contrarre matrimonio, ecc.* — Ita si matrimonium nondum est contractum.*

Eadem pro dispensatione a voto castitatis.

nestas originem ducens ex sponsalibus vel matrimonio rato; in impedimento criminis, utrum provenerit ex conjugicidio cum promissione matrimonii, aut ex conjugicidio cum adulterio, vel ex solo adulterio cum promissione matrimonii; in cognatione spiritali, utrum sit inter levantem et levatum, vel inter levantem et levati parentem. [Error in specie reddit dispensationem invalidam]. — ⁴º *Gradus consanguinitatis vel affinitatis* aut *honestatis* ex matrimonio rato, et an sit simplex vel mixtus; non tantum remotior, sed etiam propinquior; uti et linea, an sit recta vel transversa; item, an oratores sint conjuncti ex duplici vinculo consanguinitatis, tam ex parte patris quam ex parte matris. [In linea inaequali, si gradus propior sit primus, exprimi etiam debet, licet non ad validitatem, utrum sponsus vel sponsa stipiti sit proximior: nam difficilius dispensatur, ut nepos ducat amitam, quam ut avunculus ducat neptem. Si error impedimenti gravitatem minuatur, dispensatio certo est invalida; si vero augeat, contrahitur inter auctores]. — ⁵º *Numerus impedimentorum*, v. g. si adsit duplex aut multiplex consanguinitas vel affinitas; vel si praeter cognationem adsit etiam affinitas aut aliud quodcumque impedimentum sive dirimens sive impediens. In petenda vero dispensatione super impedimento affinitatis ¹º vel ²º gradus lineae collateralis, si impedimentum nedium ex matrimonio consummato cum defuncto conjugis oratoris vel oratricis, sed etiam ex copula antematrimoniali seu fornicaria cum eodem defuncto ante initum cum ipso matrimonio patratum oriatur, necesse non est, ut mentio fiat hujusmodi illicitae copulae: quemadmodum patet ex responso Sacrae Poenitentiarum, diei 29 Martii 1842, probante s. m. Gregorio XVI, ad Episcopum Narmurcensem, quod generale esse idem Tribunal litteris diei 10 Dec. 1874 edixit. — ⁶º *Variae circumstantiae*, scilicet an matrimonium sit contrahendum vel contractum; si jam contractum, aperiri debet, an bona fide, saltem ex parte unius, vel cum scientia impedimenti;

item, an praemissis denuntiationibus, et juxta formam Tridentini; vel an spe facilius dispensationem obtinendi; demum, an sit consummatum, si mala fide, saltem unius partis, seu cum scientia impedimenti. — Notandum est insuper, pro foro externo tantum, statum fortunae oratorum exponi debere, et quidem veraciter (vide tamen notam ^a, ad n. 1131), ut pro diversitate circumstantiarum taxa recte determinari possit, vel etiam ut dispensatio gratis expediatur.

1147. — ^{a)} Similem supplicem libellum ita latine proponit S. Doctor in *Hom. Apost., tr. 18, cap. 2, n. 88*: « Si petatur dispensatio super impedimento matrimonii, intus a parte superiori: *Eminentissime et Reverendissime Domine*. Circa medium: *N. N. cum carnaliter cognovisset quamdam mulierem, dedit fidem de matrimonio contrahendo N. N. ejus sorori. Et quoniam impedimentum est occultum, et matrimonium si cum praefata sorore non contraheretur, magnum eveniret scandalum, quapropter suppliciter orat Em. V. ut ei dispensationem benigne indulgeat. Responsum dignetur mittere Neapolim (aut Neapoli Salernum) ad Rev....* (hic exprimitur nomen et cognomen) *confessorium approbatum. Et id pro gratia habeat, etc.* — Si vero matrimonium est jam contractum, poterit sic scribere: *N. N. ignarus (aut conscius) impedimenti, contraxit cum muliere, matrem (sive sororem) cujus jam antea carnaliter cognoverat; sed cum impedimentum sit occultum, ideoque cum nequeat sine scandalo separari, supplicat Em. V. pro absolutione et dispensatione. Responsum, etc.* — Circa vota castitatis aut religionis: *N. N., cum castitatis voto sit obstrictus, et cum in gravi versetur periculo incontinentiae, suppliciter orat Em. V. ut dignetur oratori a praefato voto dispensationem indulgere, quo matrimonium contrahere possit, etc.* Foris vero in superscriptione: *Eminentissimo ac Reverendissimo Domino, Domino colendissimo, Domino Cardinali Poenitentiarum Majori, Romae*. Cfr. etiam *Prax. Conf., n. 87*.

uti patet ex bulla *Pastor bonus*, § 5: « Salva semper Majoris Poenitentiarum facultate Romanum Pontificem consulendi in quibusvis particularibus casibus, etiam per praesentes nostras litteras non concessis, immo prohibitis et exceptis ».

^{b)} Benedictus XIV, *loc. cit.* § 57, derogat omnibus istis privilegiis etc.: « Non obstantibus, inquit... quibusvis vivae vocis oraculis, privilegiis, indultis et literis apostolicis ejusdem Poenitentiarum officio, illiusque Majori Poenitentiarum, ac officialibus et ministris..., per Praedecessores nostros Romanos Pontifices, ac etiam per Nos ipsos concessis, innovatis, confirmatis et approbatis. Quibus omnibus et singulis... harum serie derogamus ».

^{c)} Seu rectius: restitutas esse integre ea quae antea ad hoc Tribunal pertinebant, exceptis etc.

1145. — ^{a)} Acceptanda est nisi Ecclesia remittat hanc acceptationem, sicut evenit pro sanatione in radice.

1146. — ^{a)} Vide notam *c* ad n. 1135. Insuper quae hic dicuntur, juxta notam subsequentem sunt reformanda.

^{b)} Juxta allegatam Instructionem S. C. de Prop. Fide 9 Maji 1877, praeter causas in litteris supplicibus, alia etiam pro dispensatione obtinenda, « de jure vel consuetudine aut stylo curiae exprimenda sunt, ita ut si etiam ignoranter taceatur veritas, aut narretur falsitas, dispensatio nulla efficiatur. Haec autem sunt:

« ¹º *Nomen et cognomen* oratorum, utrumque distincte ac nitide ac sine ulla litterarum abbreviatione scribendum ». [Si error in nomine est accidentaliter ita ut de identitate personae indubie constet, non est causa nullitatis; secus autem requiritur novus recursus. Dispensatio pro foro interno petitur fictis nominibus]. — ²º *Dioecesis originis vel actualis domicilii*. Quando oratores habent domicilium extra dioecesim originis, possunt, si velint, petere, ut dispensatio mittatur ad Ordinarium dioecesis, in qua nunc habitant. [Non est faciendum mentio de oratorum dioecesi in supplicatione ad S. Poenitentiarum, pro foro conscientiae]. — ³º *Species* etiam *infirma* impedimenti, an sit consanguinitas vel affinitas, orta ex copula licita vel illicita; publica ho-

Eadem
pro matri-
monio con-
tracto re-
validando.

Si vero matrimonium jam est contractum, sic scribi potest: *N. N., ignaro (o consapevole) dell'impedimento, ha contratto matrimonio con una donna, la cui madre (o sorella) avea prima carnalmente conosciuta; onde, essendo l'impedimento occulto, e perciò non potendosi separare senza scandalo, supplica l'Eminenza Sua per l'assoluzione e dispensa. La risposta, ecc.*

Foris autem inscribetur: *All'Eminenzissimo Signore, Signore e Padrone Colendissimo,*

Il Signor Cardinale Penitenziere Maggiore. — Roma.

1148. - Delegatus autem cui commissa fuerit executio dispensationis, poterit in dispensando hanc vel similem formulam adhibere post datam sacramentalem absolutionem^{a)}: *Et insuper, auctoritate apostolica mihi concessa, dispenso tecum super impedimento primi (seu secundi, seu primi et secundi) gradus, proveniente ex copula illicita a te habita cum sorore mulieris*

*cum qua contraxisti (aut contrahere intendis), ut matrimonium cum illa rursus contrahere possis, renovato consensu; et prolem, si quam suscepisti (vel suscipies) legitimam declaro^{b)}. In nomine Patris, et Filii, etc. — Si vero dispensatio sit a voto castitatis, dicitur: *Insuper, tibi votum castitatis quod emisisti, ut valeas matrimonium contrahere, et illo uti, in opera quae tibi praescripsi dispensando commuto. In nomine, etc. — Si quis, non obstante voto castitatis, matrimonium jam inierit, dicitur: *Item, non obstante castitatis voto quod emisisti, in matrimonio remanere et debitum conjugale exigere possis, auctoritate apostolica tecum dispenso. In nomine, etc.***

Qui autem velit legere bullam Benedicti XIV, ubi praescribitur forma procedendi in omnibus causis nullitatis matrimonii, videat Patrem Zaccaria (apud Croix¹⁾), qui illam in extensum refert. — Incipit praefata bulla: *Dei miseratione*, fuitque edita Nonis Novembr. anni 1741.

¹ Lib. 6, part. 3, n. 430.

Quomodo
dispensatio
sit exse-
quenda pro
foro inter-
no.

1148. - ^{a)} Vide supra not. c ad n. 1143. Si itaque absolutio sacramentalis deneganda videatur, poterit formula hoc modo immutari: « Auctoritate apostolica mihi in hac parte commissa, absolvo te a quibusvis sententiis, censuris et poenis ecclesiasticis, propter copulam illicitam cum sorore mulieris cum qua contraxisti (aut contrahere intendis), forsan incursis et ab excessibus hujusmodi, et dispenso tecum impedimento primi (seu secundi), etc. ».

^{b)} In casu particulari proles legitimari

non potest nisi legitimationis facultas expresse fuerit apposta in rescripto, uti declaravit S. Poenit. die 1 Jul. 1859 et 21 Apr. 1908. Sed notandum quod « quoad indulta quibus a S. Sede per S. Poenit. conceditur Ordinariis facultas dispensandi in quibusdam impedimentis matrimonii, mentem S. Poenit. in concedendis his facultatibus fuisse et esse, dispensationem ab impedimentis matrimonialibus importare etiam legitimationem proli susceptae, excepta adulterina ». S. Poenit., 1 Jul. 1859).